

*et intelligibili sic dicens.*

**Q**um hodie p manus no-  
stras: optime princeps:  
qui xpi saluatoris nostri vice  
in hac re fungimur: quous in-  
digni: sacram vunctione: et Re-  
gni insignia sis suscepturus:  
bene est: vt te prius de onere  
ad quod destinaris: aliquan-  
tulū moneamus. Regiam ho-  
die suscipis dignitatem: et re-  
gēdi fideles populos tibi cō-  
missos curam sumis. Precla-  
rum sane inter mortales locū  
sed discriminis: laboris: atqz  
anxietatis plenum. Verum si  
consideraueris: quod omnis po-  
testas a domino deo est: per  
quem reges regnant: et legum  
conditores iusta decernunt:  
quodqz de grege tibi cōmisso  
ipsi deo rationem es redditu-  
rus. Primum pietatem serua-  
bis: dominū deum tuū tota  
mente: ac puro corde coles.  
Christianā religionem: ac fi-  
dem catholicā quam ab incu-  
nabulis professus es: ad finē  
vsqz inuolatā retinebis: eam-  
qz cōtra omnes aduersantes  
pro viribus defendes. Eccle-  
siarū prelati: ac reliquis sa-  
cerdotibus condignam reue-  
rentiā exhibebis. Ecclesiasti-  
cam libertatem non inculca-  
bis. Iusticiam sine qua nulla  
societas diu cōsistere potest:

erga omnes inconcusse admi-  
nistrabis: bonis premia: no-  
rijs debitas penas tribuēdo  
Viduas: pupillos: pauperes  
ac debiles ab omni oppressio-  
ne defendes. Omnibz te ad-  
euntibus: benignū: mansue-  
tum atqz affabilem: pro regia  
tua dignitate: te prebebis. Et  
ita te geres: vt nō ad tuas: sed  
ad totius populi vtilitatem  
regnare: premiūqz benefacto-  
rum tuorum: nō in terris: sed  
ī celo expectare videaris. Quis  
ipse tibi p̄stare dignet: qui vi-  
uit et regnat deus in secula se-  
culorum. *Quo facto Rex ele-  
ctus accedit ad metropolita-  
num: et coram eo detecto capi-  
te genu flexus osculatur eius  
manū: et facit hanc professio-  
nem dicens.*

**E**go. A. deo annuente fu-  
turus Rex. A. profiteor  
et promitto coram deo et an-  
gelis eius: deinceps lege: iu-  
sticiam et pacem ecclesie dei:  
populoqz mihi subiecto: pro  
posse et nosse facere: atqz ser-  
uare: saluo condigno miseri-  
cordie dei respectu: sicut ī cō-  
silio fidelium meorū melius  
potero inuenire. Pontifici-  
bus quoqz ecclesiarū dei: cō-  
dignum et canonicū honore  
exhibere: atqz ea que ab Impe-  
ratoribz et Regibus: ecclesijs

collata ⁊ reddita sunt: inuio-  
labiliter obseruare. Abbatib⁹  
Comitibus et uasallis meis:  
congruū honorem: fm consi-  
liū fidelium meorū prestare.

**Deinde ambab⁹ manib⁹ tan-  
git librum Euangeliorū: quē  
metropolitan⁹ ante se apertū  
tenet dicēs. Sic me deus ad-  
iuuet: et hec sc̄ta dei euāgelia.  
His expeditis illo genuflexo  
manente. Metropolitan⁹ de-  
posita mitra surgit ⁊ stās ver-  
sus ad ipsum coronandū: di-  
cit competenti uoce sequentē  
orationem: quam etiā dicunt  
omnes pōtīfices parati simi-  
liter sine mitris stātes. Dicūt  
etiā omnia alia: benedictionē  
et consecrationē ipsam cōcer-  
nētia uoce submissa. Metro-  
politānū tñ in omnib⁹ obser-  
uātes ⁊ imitātes. Oremus.**

**O**mnipotens sempiternae  
de⁹: creator omnium: im-  
perator angelorū: rex regum:  
⁊ dñs dominantium: qui Abra-  
ham fideles seruū tuū: de ho-  
stib⁹ triūphare fecisti. Moy-  
si ⁊ Josue populo tuo p̄latis  
uictoriā multiplicē tribuisti:  
humilemq; David puerū tu-  
um regni fastigio sublimasti  
⁊ Salomonē sapiētiae: pacisq;  
ineffabili munere ditasti. Re-  
spice quesum⁹ domine ad pre-  
ces humilitatis nostrae: ⁊ sup

hunc famulum tuū. A. quem  
supplici deuotiōe: in tuo no-  
mine ueneramur: ⁊ in Regem  
eligimus: bene ⁊ dictionum  
tuarū dona multiplica: eūq;  
dextera potētiae tuae semp hic  
⁊ ubiq; circūda: quaten⁹ pre-  
dicti Abrahae fidelitate: Moy-  
si mansuetudine fretus: Da-  
uid humilitate exaltatus: Sa-  
lomonis sapientia decorat⁹:  
tibi in omnib⁹ cōplaceat: ⁊ p-  
tramitē iusticiae: iōffenso gres-  
su semp incedat: tuae quoq; p-  
tectionis galea munit⁹: ⁊ scu-  
to insuperabili iugiter prote-  
ctus: armisq; celestib⁹ circū-  
datus: optabile de hostibus  
crucis xp̄i uictoriaz: fideliter  
obtimeat: et triūphū feliciter  
capiat: terrore q; sue potentiae  
illis iferat: ⁊ pacē tibi militā-  
tibus letāter reportet: p xp̄m  
dñm nr̄m: qui uirtute crucis  
tartara destruxit: regnoq; dia-  
boli supato: ad celos uictor  
ascēdit: in quo ptās oīs: reg-  
niq; cōsistit uictoria: qui est  
gloria humiliū ⁊ uita: salusq;  
populorū: qui tecum uiuit ⁊  
regnat in unitate ⁊c. **R. Amē.**  
**Post hec Metropolitan⁹ cū  
mitra procumbit supra faldū  
stozium. Rex uero ad eius si-  
nistram in terrā se prosternit  
Alijs p̄latis parat⁹ ante sedi-  
lis aut scāna sua similiter pro-**

cumbentibus. Tunc cantores  
incipiunt et prosequuntur Leta-  
niam. Choro respondere put  
supra in ordinatione subdia-  
coni ponit. Cum dictus fuerit.  
Ut obsequium servitutis no-  
stre tibi rationabile facias. Te  
rogamus audi nos. Metro-  
politanus se erigens et accep-  
to baculo pastorali in sinistra  
manu super electum Regem  
prostratum dicit.

Ut hunc electum in Regem co-  
ronandum: bene et dicere di-  
gneris. *R.* Te rogamus audi  
nos. *Secundo dicit.*

Ut hunc electum in regem co-  
ronandum bene et dicere: et con-  
fessum et credere digneris. *R.* Te ro-  
gamus audi nos. *producen-*  
*do super eum signum crucis ubi*  
*in tertio signatus est. Idem di-*  
*cunt et faciunt Episcopi para-*  
*ti genuflecti tamen permanentes*  
*quo dicto metropolitanus re-*  
*dit ad accubitum: Cantoribus*  
*resumentibus et perficientibus*  
*Letaniam. qua finita metro-*  
*politanus deposita mitra sur-*  
*git: illo prostrato: ac Episco-*  
*pis depositis mitris genufle-*  
*ris manibus versus ad co-*  
*ronandum annunciat.*

*Pater noster. V.* Et ne nos  
inducas in temptationem. *R.*  
Sed libera nos a malo. *V.*  
Saluum fac servum tuum domine. *R.*

Deus meus sperantem in te. *V.*

Esto ei domine turris fortitudi-  
nis. *R.* A facie inimici. *V.*

Domine exaudi orationem meam. *R.*

Et clamor meus ad te veniat. *V.*

Dominus vobiscum. *R.*

Et cum spiritu tuo. *Oremus.*

**P**retende quesumus domine  
huic famulo tuo dexte-  
ram celestis auxilij: ut te toto  
corde perquirat: et que digne  
postulat: assequi mereatur.

**A**ctiones nostras quesumus  
domine aspirando pue-  
ni et adiuuando prosequere: ut  
cuncta nostra oratio et opera-  
tio: a te semper incipiat: et per te  
cepta finiat. Per christum domi-  
num nostrum. *R.* Amen.

*Post hec metropolitanus se-*  
*det: accipit mitram et electus*  
*Rex coram eo genuflectit: et cir-*  
*cumstantibus prelatibus paratis cum*  
*suis mitris in modum corone*  
*Metrophanus intingit pol-*  
*licem dextre manus in oleum cathe-*  
*cuminorum: et inungit in mo-*  
*duum crucis cum eodem oleo cathe-*  
*cuminorum illius brachium dex-*  
*trum: inter iuncturam manus*  
*et iuncturam cubiti: ac inter sca-*  
*pulas dicens: legendo hanc*  
*orationem.*

**D**eus dei filius Jesus christus  
dominus noster: qui a pa-  
tre oleo exultationis unctus  
est pro participibus suis: ipse per

presentem sancte vunctionis in-  
fusionem spiritus paracliti:  
super te bene **+** dictionez in-  
fundat: eandemq; vsq; ad in-  
teriora cordis tui penetrare  
faciat: quatenus hoc visibili et  
tractabili oleo: dona invisibi-  
lia percipere: et temporalis regno:  
iustis moderationibus execu-  
to: eternaliter conregnare ei  
merearis: qui solus sine pec-  
cato. Rex regum vivit: et glo-  
riatur cum deo patre in unitate  
spiritus sancti deus: per om-  
nia secula seculorum. **R.** Amen

Oremus.

**O**mnipotens sempiterna  
deus qui Hazabel super Sy-  
riam: et Ibeu super Israel per He-  
liam. David quoque et Saulē  
per Samuelem prophetam: in  
Reges iungi fecisti: tribue quod  
sumus: manibus nostris operam  
tue benedictionis: et huic fa-  
mulo tuo. **A.** quē hodie: licet  
indigni: in Reges sacro vngi-  
mine delinimus: dignam deli-  
butionis huius efficaciam: et  
virtutē concede: constitue do-  
mine principatū super hume-  
rum eius: ut sit fortis: iustus:  
fidelis: pavidus et indefessus  
regni huius et populi tui gu-  
bernator: infidelium expugna-  
tor: iusticie cultor: meritoque  
et demeritorum remunerator:  
ecclesie tue sancte: et fidei chri-

stiane defensor: ad decorem et lau-  
dem tui nominis gloriosi. Per  
dominū nostrum Jesum christum  
filium tuum: qui tecum vivit et  
regnat in unitate spiritus san-  
cti deus. per omnia secula se-  
culorum. **R.** Amen. **Quo fa-  
cto metropolitanus lauat et  
abstergit manus: surgit cum  
mitra: et descendit ante altare  
ubi deposita mitra stans cum  
suis ministris facit confessionem.  
Rex vero electus ad par-  
tem se retrahit: et genuflexus  
cum suis prelatis domesticis  
idem facit. Similiter et Episco-  
pi parati sine mitris stantes  
bini et bini confessiones dicunt.  
Finita confessione metropo-  
litanus ascendit ad altare: et  
procedit in missa more solito  
vsq; ad Alleluia exclusive. pre-  
latis paratis iuxta sua sedilia  
stantibus vel sedentibus per  
tempus requirit. Interim sco-  
la inchoat Introitum. et pro-  
sequitur in missa: et Rex a suis  
ducitur in sacristiam: vel sub  
papilione ad hoc parato: ubi  
inter scapulas et brachia in-  
unctus bombice bene abster-  
gitur: et induit regalibus in-  
dumentis: ex more regni. Pa-  
ratus itaque rex et ornat: pro-  
cedit cum suis prelatis: baronibus  
et alijs ad eminentem et ornatum  
thalamum in ecclesia sibi prepara-**

tū: ⁊ ibi sup aliquo faldisto-  
rio ornato: genuflexus incū-  
bens audit missam: quā plati  
sui nō parati circūstātes etiā  
genuflexi plane legūt vsqz ad  
Alleluia exclusiue. Missa dici-  
tur de die: et cū oratione diei  
dicit̄ pro ip̄o electo Rege sub  
vno per dñm. hec oratio.

**D**eus regnorū omniū p-  
tector: da seruo tuo. A.  
Regi nostro: triūphuz virtu-  
tis tue sciēter excolere: vt qui  
tua cōstitutioe est princeps:  
tuo semp munere sit potens.  
Per dñm nostrū Jesum xp̄m  
filium tuum: qui tecū viuit ⁊  
regnat in vnitāte sp̄s sancti  
deus. per oīa secula seculorū.  
R. Amen. **Graduale cantato**  
**metropolitan⁹ sedet ante al-**  
**tare cū mitra in faldistorio. ⁊**  
**Rex a suis associat⁹: medius**  
**inter priores prelatos para-**  
**tos: ad metropolitanum re-**  
**ducit̄: cui facta reuerentia vt**  
**prius genuflectit coram eo.**  
**Tūc metropolitanus accipit**  
**gladiū quē vnus ministrozū**  
**sibi porrigit de altari: ⁊ illum**  
**euaginatus tradit in manus**  
**Regis dicens.**

**A**ccipe gladiū: desup alta-  
ri sumptuz per n̄ras ma-  
nus: licet indignas: vice tamē  
⁊ auctoritate sanctorū aposto-  
lorū consecratas: regaliter ti

bi concessum: nostreqz bene-  
† dictionis officio: in defen-  
sionē sancte dei ecclesie diui-  
nitus ordinatus: ad vindictā  
malefactorum: laudem vero  
bonorū. et memor esto eius  
de quo psalmista p̄phetavit  
dicēs: Accingere gladio tuo  
super femur tuum potentissi-  
me: vt in hoc per eundez vim  
equitatis exerceas: molē ini-  
quitas potēter destruas: et  
sanctam dei ecclesiaz eiusqz fi-  
deles p̄pugnes atqz p̄tegas:  
neqz min⁹ sub fide falsos: q̄z  
christiani nomis hostes ex-  
eres ac disperdas: viduas at-  
qz pupillos clementer adiu-  
ues et defendas: desolata re-  
staures: restaurata cōserues:  
vlciscaris iniusta: confirmes  
benedisposita: quaten⁹ i hoc  
agendo virtutuz triumpho:  
gloriosus: iusticieqz cultor  
egregius: cū mundi saluato-  
re: cuius typum geris in no-  
mine sine fine regnare merea-  
ris: qui cum deo patre ⁊ sp̄i-  
tu sancto viuit ⁊ regnat deus  
per omnia secula seculorum.

**His expeditis Ensis a mini-**  
**stris in vaginam reponitur:**  
**et Metropolitanus accingit**  
**ense Regem dicens.**

**A**ccingere gladio tuo sup  
femur tuū potentissime  
⁊ attende: q̄ sancti nō in gla-

dio: sed p̄ fidē vicerūt regna.  
**Et mox Rex accinctus surgit**  
**7 eximit Ensem de vagina: il-**  
**lumq3 viriliter vibrat: deide**  
**sup brachiū sinistrū tergit:**  
**7 in vaginā reponit: ac iterū**  
**coram metropolitano genu-**  
**flectit. Tunc ei corona impo-**  
**nitur: quā omnes p̄lati para-**  
**ti qui adsunt de altari p̄ Me-**  
**tropolitanū sumptam mani-**  
**bus tenēt: ipso metropolita-**  
**no illā regente: 7 capiti illius**  
**imponente 7 dicente.**

**A**ccipe coronā Regni: que  
 licet ab indignis Episcopo  
 porū tamen manibus capiti  
 tuo imponit. In noīe patris  
 7 filij 7 spiritus sancti. quam  
 sanctitatis gloriā 7 honorē: 7  
 opus fortitudinis: itelligas  
 significare: 7 p̄ hanc te parti-  
 cipem ministerij nr̄i nō igno-  
 res. Ita vt sicut nos ī interio-  
 rib⁹ pastores: rectoresq3 ani-  
 marū itelligimur: ita 7 tu cō-  
 tra omnes aduersitates eccle-  
 sie xp̄i: defensor assistas: reg-  
 niq3 tibi a deo dati: 7 per offi-  
 ciū nostre benedictiōis in vi-  
 ce Apostolorū: omniūq3 san-  
 ctorū: regimini tuo cōmissi:  
 vtilis executor: perspicuusq3  
 regnator: semp appareas: vt  
 inter gloriosos athletas: vir-  
 tutum gēmis ornatus: 7 pre-  
 mio sempiternae felicitatis co-

ronatus: cū redemptore 7 sal-  
 uatore nostro Jesu xp̄o: cui⁹  
 nomē vicemq3 gestare crede-  
 ris: sine fine gloriē. Qui vi-  
 uit et imperat deus cū patre  
 7 spiritu sancto in secula secu-  
 lorū. **Postea metropolitan⁹**  
**dat ei ad huc genuflecto scep-**  
**trum dicens.**

**A**ccipe virgā virtutis: at-  
 q3 veritatis: qua intelli-  
 gas te obnoxius mulcē pios:  
 terrere reprobos: errātes viā  
 docere: lapsis manū porrige-  
 re: disperdere superbos: 7 re-  
 leuare humiles: 7 aperiat tibi  
 hostiū Jesus xp̄s domin⁹ no-  
 ster: qui de semetip̄o ait: Ego  
 sum hostiū: per me si quis in-  
 troierit saluabit: q̄ est clavis  
 David: 7 sceptrū dom⁹ israel  
 qui aperit: et nemo claudit:  
 claudit 7 nemo aperit: sitq3 ti-  
 bi auctor: qui eduxit vincituz  
 de domo carceris: sedentē in  
 tenebris: 7 vmbra mortis: et  
 in omnib⁹ sequi merearis eū:  
 de quo David propheta ceci-  
 nit: Sedes tua deus in secu-  
 lū seculi: virga equitatis vir-  
 ga regni tui: 7 imitando ip̄m  
 diligas iusticiam: 7 odio ha-  
 beas iniquitatem: quia p̄pre-  
 rea vnxit te deus deus tuus:  
 ad exemplū illius quem ante  
 secula vnxit: oleo exultati-  
 onis p̄ participibus suis:

Jesum xpm dñm nrm: qui cū  
 eo vivit ⁊ regnat deus ī secu-  
 la seculorū. **Tunc regi surgēti**  
**discingit Ensis: et in vagina**  
**datur alicui qui eū ante Regē**  
**īmediate portat. Et metropo-**  
**litanus cū alijs p̄latis para-**  
**tis deducit regem: sceptrū in**  
**manu: ⁊ coronā ī capite feren-**  
**tem. mediū inter se a dextris:**  
**⁊ digniorē p̄latū paratū a si-**  
**nistris Regis icedentē ad so-**  
**lium supra thalamū: et adiu-**  
**vante eū digniore p̄lato p̄di-**  
**cto: intronizat Reges in solio**  
**S**ta ⁊ retineāmo. **(Dicens**  
**do locum tibi a deo dele-**  
**gatum: p̄ auctoritatē oīpotē-**  
**tis dei: et p̄ p̄sentē traditionē**  
**nostrā: omniū scilicet ep̄orū:**  
**ceterorūq; dei seruoꝝ: ⁊ quā-**  
**to clerū sacris altarib; p̄pin-**  
**quiorē p̄spicis: tāto ei poten-**  
**tiorē in locis cōgruis hono-**  
**rem īpendere memineris: q̄te-**  
**nus mediator dei ⁊ hominū:**  
**te mediatorē cleri ⁊ plebis: in**  
**hoc regni solio cōfirmet: ⁊ in**  
**regnū eternū secū regnare fa-**  
**ciat Jesus xps dñs nr̄: Rex re-**  
**gum et dñs dominatiū. Qui**  
**cū patre et spiritu sācto vivit**  
**et regnat deus per oīa secula**  
**seculorū. Deinde metropoli-**  
**tan; deposita mitra stās ver-**  
**sus ad altare inchoat scola p̄**  
**sequente hymnū.**



**Ū e deum laudam; Qui to-**  
**tus dicit; put habet supra in**  
**fine consecrationis Electi in**  
**Ep̄m. quo incepto metropo-**  
**litanus accedit ad dextrā Re-**  
**gis ibi cōtinuo manens vsq;**  
**ad finem hymni. et eo finito**  
**metropolitan; stās vt prius**  
**ad dexteraz Regis sine mitra**  
**dicit super illum. V.**  
**Firmetur man; tua: ⁊ exaltet**  
**dextera tua. R. Justicia et iu-**  
**diciū p̄paratio sedis tue. V.**  
**Dñe exaudi orōnē meā. R.**  
**Et clamor me; ad te vēiat. V.**  
**Dominus vobiscum. R.**  
**Et cū spiritu tuo. Oremus.**  
**D**eus qui victrices Moy-  
 si manus in oratiōe fir-  
 masti: qui q̄vis etate langue-  
 sceret: infatigabili sanctitate  
 pugnabat: vt dum Amalech  
 iniquus vincit: dū p̄phanus  
 nationū popul; subiugat: ex-  
 terminat; alienigenis: heredi-  
 tati tue possessio copiosa ser-  
 uiret: opus manū tuaz pia  
 nostre oratiōis exauditione  
 cōfirma: habem; ⁊ nos apud  
 te sancte pater dñm saluato-  
 rem: q; p̄ nobis man; suas ex-  
 tendit ī cruce: p̄ quē etiā pre-  
 camur altissime: vt tua potē-

tia suffragante: vniuersorum  
hostiū frangat impietas: po-  
pulusq; tuus: cessante formi-  
dine: te solū timere cōdiscat.  
Per eundē xpm dñm nrm zc.  
*R. Amen.* Oremus.

**D**eus inenarrabilis auctoz  
mūdi: conditoz generis  
humani: confirmatoz regni:  
qui ex vtero fidelis amici tui  
patriarche nostri Abzabe: p-  
elegisti regem seculis profu-  
turū: tu p̄sentem insignem re-  
gem hūc cū exercitu suo: per  
intercessionez omniū sancto-  
rū vberi bene *✠* dictione lo-  
cupleta: et in solium regni fi-  
ma stabilitate cōnecte: visita  
eū per interuentū omniū san-  
ctoꝝ: sicut visitasti Moysen  
in rubo. Josue in castris. Se-  
deonē in agro. Samuelez cri-  
nitum in templo: et illa eū p-  
missione: et sydereā bene *✠* di-  
ctione: ac sapiētie tue roze p-  
funde: quā beatus Dauid ex  
psalterio. Salomon fili⁹ eius  
te remunerāte pcepit de celo.  
Sis ei cōtra acies inimicoꝝ  
lorica: i aduersis galea: in p-  
speris sapientia: in p̄tectione  
clypeus sempitern⁹: et presta  
vt gentes illi teneant fidem:  
proceres atq; optimates sui  
habeant pacem: diligant cha-  
ritatē: abstineant se a cupidi-  
tate: loquant iusticiā: custo-

diant veritatē: et ita populus  
iste pullulet coalitus benedi-  
ctione trinitatis: vt semp ma-  
neāt tripudiātes: armis gau-  
dētes: et in pace victores. Per  
dñm. *R. Amē.* Quib⁹ finit⁹ me-  
tropolitan⁹ cū p̄latis parat⁹  
redit ad sedem suam p̄pe alta-  
re. et nisi sit coronāda Regina  
dicitur Alleluia vel Tractus  
Euangeliū. et alia vsq; ad Of-  
fertoꝝ inclusiue. quo dicto  
metropolitan⁹ residet in fal-  
distoꝝ suo ante mediū alta-  
ris cū mitra: et Rex a suis p̄la-  
tis et Baronib⁹ associatus ve-  
nit ante Metropolitanū: corā  
quo genuflex⁹ detecto capite  
offert ei aurū quātū sibi pla-  
cet: et manū metropolitani re-  
cipientis osculat⁹: deinde ad  
soliū suū reuertit⁹. Metro-  
politan⁹ lauat manus: surgit  
accedit ad altare et prosequit⁹  
missam vsq; ad cōmunionē.  
Cū secreta diei dicit⁹ pro rege  
sub vno per dñm. *Secreta.*  
**S**uscipe dñe preces et ho-  
stias ecclesie tue p salute  
famuli tui. *A.* Regis nri sup-  
plicantis: et in p̄tectione fide-  
lium populoz: antiqua bra-  
chij tui operare miracula: vt  
superat⁹ pacis inimicis: secu-  
ra tibi fuiat christiana liber-  
tas. Per dñm. *Pat dat regi p-  
primū et p̄latis paratis cum*



instrumēto ad hoc ordinato  
Postq̄ Metropolitano se de  
corpore ⁊ sanguine: quē totū  
sumere debet cōmunicauerit  
⁊ se purificauerit: anteq̄z digi  
tos abluat Rex detecto capi  
te de thalamo suo accedit ad  
altare: corā quo in supremo  
gradu genuflectit: ⁊ dicit sub  
missa intelligibili tamē voce.

**Confiteor deo oīpotenti r̄c.**  
Metropolitano ad ipsum re  
gē verso ⁊ detecto capite stan  
te: et finita per regem confes  
sione metropolitanus eodez  
modo stans dicit.

**M**isereat tui omnipotēs de⁹  
⁊ dimissis peccatis tuis pdu  
cat te ad vitā eternā. **R. Amē.**

**I**ndulgentiā absolutionem:  
⁊ remissionē peccatorū tuorū  
tribuat tibi oīpotens ⁊ mise  
ricors dñs. **R. Amē.** et manu  
dextra signū crucis super re  
gem pducat: tum vertit se ad  
altare ⁊ accipit hostiam con  
secratam inter pollicē ⁊ indi  
cem dextre manus ⁊ patenāz  
cū sinistra p̄tinuo hostie sup  
ponit: et cōuersus ad regē cū  
ipso sacramēto format signū  
crucis ante faciē Regis ⁊ ipm  
cōmunicat dicens:

**C**orpus dñi nostri Jesu xp̄i  
custodiat te et pducat in vi  
tam eternam. Rex priusq̄z cō  
munionē sumit osculat ma

num dextrā metropolitani: ⁊  
sumpta cōmunionē: ex calice  
d̄ manu metropolitani se pu  
rificat: et purificat⁹ ad thala  
lamū suū reuertit. Metropo  
litan⁹ vero patenā cū pollice  
dextre man⁹ extergit diligen  
ter sup calicem: ne quid de sa  
cramēto sup ea remaneat: ab  
luit etiā super calicē digitos:  
ablutionem sumit: et accepta  
mitra lauat manus: et pficit  
missam. Cū postcōm. diei di  
cit p̄o rege sub vno p̄ dñm.

**D**eus qui ad postcōm.  
p̄dicanduz eterni regni  
euangeliū: Romanū imperiū  
p̄parasti: p̄tende famulo tuo  
**A. Regi n̄ro arma celestia: vt  
pax ecclesie nulla turbet tēpe  
state bellozū. p̄ dñm. In fine  
metropolitan⁹ dat b̄ndictio  
nem solemnē: qua data singu  
li ad sua reuertuntur.**

**I** vero tūc Regina  
b̄ndicēda sit ⁊ coro  
nāda. q̄z primū ip̄o  
rege intronizato: et  
oīonib⁹ expletis. Metropoli  
tan⁹ cū p̄latis parat⁹: ad alta  
re reuersus: in faldistorio se  
det. Rex de solio suo surgens  
cū comitiua sua: coronā in ca  
pite: ⁊ sceptrū i manu gestās  
ante altare ad Metropolita  
nū pficiscit⁹: ⁊ facta ei reueren  
tia: stās detecto capite: petit

reginam benedici ⁊ coronari  
sub hmoi aut similib⁹ verbis

**R**euerende pater: postula  
mus vt consortē nostrā  
nobis a deo cōiunctā benedi  
cere: ⁊ corona reginali decoza  
re dignemini: ad laudē ⁊ glo  
riam saluatoris nr̄i Jesu xp̄i.

Deinde ad soliu suū reuertit̄.

Tunc regina que ī aliquo lo  
co ad partē in ecclesia a prin  
cipio steterat: a duob⁹ Ep̄is  
paratis: nō his qui regem de  
dixerūt: sed primis post eos  
crine soluto: et capite velato:  
in vestibus suis cōmunibus  
ad metropolitanū ante alta  
re deducit̄: ⁊ facta metropoli  
tano reuerentia: corā illo ge  
nuflectit: et ei⁹ manū osculat̄.

Tūc surgit metropolitan⁹ cū  
mitra ⁊ ī faldistorio pcūbit.  
Regina vero ad ei⁹ sinistrā in  
terrā se p̄sternit. ⁊ inchoat̄ ac  
sub breuitate pficit̄ Letania:  
supra sub ordinatiōe subdia  
coni posita. qua finita metro  
politan⁹ deposita mitra sur  
git: ⁊ stās versus ad illā: ante  
se genuflectam: dicit sequentē  
orationem intelligibili voce:  
quā etiā ⁊ alia sequētia astan  
tes plari parati submissa vo  
ce dicunt.

**Oremus.**

**O**mnipotens sempiternē.  
De⁹: hāc famulā tuā cele  
sti bene ⁊ dictiōe sanctifica:

et quā in adiutoriu regni Re  
ginā eligim⁹: tua vbiq; sapiē  
tia doceat atq; cōfortet: et ec  
clesia tua fidelē famulā semp  
agnoscat. Per eūdē dñm nr̄m  
Ihesum xp̄m filiū tuū: q tecū  
viuit et regnat ī vnitate spūs  
sancti deus. **Deinde extensis  
manibus ante pectus dicit.**



**P**er omnia secula seculorū. **R.**



**A**mē. **V.** Dñs vobiscū. **R.** Et



cū spiritu tuo. **V.** Sursū cor



da. **R.** Habem⁹ ad dominū.



**V.** Grās agam⁹ domino deo



nr̄o. **R.** Dignū et iustū est.



**U**ere dignū ⁊ iustū est equū



et salutare. Nos tibi semp ⁊



vbique gratias agere domine



sancte pater omnipotens eterne



deus. Bonorum cunctorum auctorem



ac distributorem: benedictionem



numquam omnium largus infusorem:



tribue super hanc famulam tuam



reginam benedictionis tue copiam:



et quam humana electio



sibi preesse gaudet: tua superne



electionis et benedictionis



infusio accumulatur. Concede ei



domine auctoritatem regiminis



consilii magnitudinem: sapientie



prudencie ⁊ intellectus



habundantiaz: religionis ac



pietatis custodiam. Quate-



nus mereatur benedicí et au-



gumétari in nomine vt Sar-



ra. visitari et fecundari vt



Rebecca. contra omniú mu-



niri vitiozú monstra vt Ju-



ditib. In regimine regni eligi-



vt Hester. Ut quã humana



nititur fragilitas benedice-



re: celestis potius intimi ro-



ris repleat infusio. Et que a



nobis eligitur ⁊ benedicít in



Reginam: a te mereatur obti-



nere premiú eternitatis per-



petue. Et sicut ab hominib?



sublimatur in nomine: ita a te



sublime est fide et operatioe. Illo



etiam sapientie tue eam rore profu-



de: quem beatus David in repro-



missione: et filius eius Salomone



precepit in locupletatioe. Sis



ei domine contra cunctorum



ictus inimicorum lorica. In



aduersis galea. In prosperis



sapientia. In protectione de-



us sempiternus. Sequatur



pacem: diligat charitatem: absti-



neat se ab omni impietate: loquitur



iusticiam: custodiat veritatem:



sit cultrix iusticie et pietatis



amatric religionis. Viget quoque



presenti benedictiōe in hoc



euo ānis plurimis: et in sem



piterno sine fine eternis.

**Q**uod sequitur dicit plane legēdo ita tñ q̄ a circūstantib⁹ audiatur. Per dñm nrm̄ Jesum xp̄m filiū tuū: qui tecū vivit et regnat in vnitate spirit⁹ sancti deus. p̄ oīa secula seculorum. **R.** Amē. **Q**ua p̄fatione expleta sedet metropolitan⁹: et accepta mitra iungit in modum crucis cū oleo cathecuminorum illius brachium dextrum inter iuncturas man⁹ et iuncturas cubiti: ac inter scapulas dicens.

**D**eus pater eterne glorie sit tibi adiutor: et omnipotens benedicat tibi: preces tuas exaudiat: vitam tuā longitudine dierū adimpleat: benedictionem tuā iugiter confirmet: te cum omni populo in eternū conseruet: inimicos tuos confusiōe induat: et sup

te xp̄i sanctificatio: ac huius olei infusio floreat: vt qui tibi i terris tribuit benedictionem: ipse in celis cōferat meritum angelorū: ac benedicat te: et custodiat in vitā eternā: **J**esus xp̄s dñs noster: qui viuit et regnat deus in secula seculorū. **R.** Amen. **Q**uo facto surgit Regina: et a suis ducit ad sacristiam seu papilionem: vbi rex regales vestes induit: est: ibi et ipsa induitur vestib⁹ reginalib⁹: quib⁹ indutis reducit ad metropolitanum adhuc cum mitra in faldistorio sedentes: qui imponit illi an se genuflecte coronā dicens.

**A**ccipe coronam glorie vt scias te esse cōsortem regni: populoq; dei semp prospere p̄sulas: et quanto plus exaltaris: tanto amplius humilitatem diligas: atq; custodias in christo Jesu domino nostro. **E**t mox dat ei scētrum dicens.

**A**ccipe virgam virtutis et equitatis: et esto pauperibus misericors et affabilis: viduis: pupillis: et orphanis diligentissimam curam exhibeas: vt omnipotēs deus auget tibi gratiam suā. Qui viuit et regnat in secula seculorum **Q**uo facto surgit Regina: et episcopi parati qui ipsā

ad altare deduxerunt: eā asso-  
ciant vsqz ad suum thalamū:  
vbi sedet in solio suo: puellis  
eius ipsaz comitantibz. dein-  
de dicitur Alleluia. vel Tra-  
ctus. Euangelium et Offerto-  
rium. Quo dicto Regina cum  
rege a suis tm̄ associati vadūt  
ad offerēduz metropolitano  
ī faldistorio ante mediū alta-  
ris sedenti: de auro quantuz  
volūt: deinde reuertunt quis-  
qz ad thalamū suū. et procedi-  
tur ī missa vsqz ad cōmunio-  
nem. Data pace Regi et regine  
per primū ex platis paratis:  
cū instrumento ad hoc ordi-  
nato. Rex et regina a suis rātū  
associati: descendunt de tha-  
lamis et veniūt ad altare: vbi  
ī supremo gradu genuflectūt  
et pcepta cōmuniōe per Me-  
tropolitanū: anteqz digitos  
abluat: vertit se ad Regem et  
Reginaz: qui dicūt submissa  
intelligibili tamen voce.

Cōfiteor deo omnipotēri etc.  
q̄ dicta Metropolitan⁹ dicit  
Misereatur vestri om̄ipotēs  
deus: et dimissis peccatis ve-  
stris perducatur vos ad vitam  
eternam. *R.* Amen.

Indulgentiaz: absolutionem  
et remissionem peccatorū ve-  
stroꝝ tribuat vobis oīpotēs  
et misericors dñs. *R.* Amen.  
et manu dextra pducit signū

crucis sup regem et reginā: tū  
vertit se ad altare et ponit am-  
bas hostias consecratas sup  
patenam: et cōuersus ad regē  
et reginam accipit vnaz et eis-  
dem hostijs inter pollicem et  
indicem dextre man⁹: et cū si-  
nistra patenaz continuo retinet  
sub ipsa dextra: et cū sacramē-  
to quod in dextra tenet: for-  
mat signum crucis ante faciē  
regis et eū cōmunicat dicēs.  
Corpus dñi nostri Jesu xp̄i  
custodiat te et perducatur in vi-  
tam eternam. Rex priusqz cō-  
muniōez sumit osculat manū  
dextraz metropolitani.  
tum simili modo cōmunicat  
reginā: que similiter ei⁹ manū  
osculatur: et successiue ambos  
et calice suo purificat: qui pu-  
rificati ad thalamos suos re-  
uertuntur eo ordine quo ve-  
nerūt. Metropolitan⁹ vo pa-  
tenam cum pollice dextre ma-  
nus extergit diligenter super  
calicem: ne quid de sacramen-  
to sup ea remaneat: abluat su-  
per calicem digitos: ablutio-  
nem sumit: et accepta mitra  
lauat manus: pficit missam:  
et in fine dat benedictionē so-  
lemnē: qua data Rex et regina  
vadunt ad palatiū suū. et me-  
tropolitan⁹ ac alij plati oēs  
deponūt vestes sacras: et ad  
propria quisqz reuertit.

**S**i autē Rege iam pridē coronato. Regina sola vt cōiungit illius coronanda sit. parant̄ duo thalami: et alius locus in quo regina a principio officij vsq; ad tēpus coronationis expectat. Vocant̄ omnes p̄lati regni: ac omnia alia fiūt: que supra pro coronatione regis ordinata sunt. Die autē statuto Metropolitano et p̄latis in ecclesia cōstitutis et se vestientib;. Rex vestibus regalibus indutus cū corona in capite: et sceptro ī manu: Ense p̄cedente: a suis associatus venit ad ecclesiā: et ascendit thalamus suū: et metropolitano ac p̄latis omnibus parat; incipit̄ missa more solito: et continuat̄ vsq; ad **Alleluia** vel **Tractus**. si sit dicēdus exclusiue. Tum rex coronam et sceptrū ferēs: descendit de thalamo suo: et metropolitano in Faldistorio ante altare cū mitra sedente: petit ab eo reginā benedici et coronari sub his verbis.

**R**euerende pater: postulam; vt consortē nostrā nobis a deo cōiunctā benedicere: et corona reginali decorare dignemini: ad laudē et gloriam saluatoris nr̄i Iesu xp̄i. Deinde ad thalamū suū reuertit̄: et regina que vsq; tunc in

aliquo loco ad partē in ecclesia steterat: a duob; p̄riorib; p̄latis paratis: crine soluto: et capite velato: ducit̄ ad Metropolitā ante altare sedentem: et facta ei reuerentia: corā eo genuflectit: et eius manum osculat̄. Tūc surgit metropolitā: et cū mitra procūbit supra faldistoriū. Regina vero ad ei; sinistrā se in terrā p̄sternit. et inchoant̄ Letanie et p̄ficiunt̄: ac omnia alia fiūt que supra ī coronatione regine dicta sunt vsq; ad **Offertorium**. ad quod poterit rex cum regina p̄cedere: vel regina sola: p̄ vt regi placebit. Facta cōmunionē per metropolitā: cōmunicat̄ regina. Deinde perficit̄ missa: et in fine metropolitā dat benedictionem solemnem.

**S**i vero Regina coronāda est vt regni dñā: et absq; rege: tunc paratur thalamus vnus in ecclesia. vocant̄ p̄lari regni: et omnia alia similiter fiunt: que supra pro coronatione regis ordinata sunt. Die statuto cōueniūt in ecclesia: in qua coronatio fieri debet: vbi metropolitā aut alius ad quē spectat: cū Ep̄is alijs parat se: et sedent ante altare: vt supra dictus est. Interim regina cōsuetis vestibus



induta: cum suis p̄latis: Ba-  
ronib⁹: ⁊ puellis: ac alijs do-  
mesticis venit ad ecclesiam: ⁊  
cum fuerit prope p̄sbyteriū:  
duo priores episcopi parati:  
veniunt ei obuiā: ⁊ cū mitris  
capita illi aliquantulus incli-  
nātes. ipsas inter se mediā vs-  
q; ad Metropolitanū dedu-  
cūt. cui regina caput incli-  
nās: humilem reuerentiā exhibet.  
qua facta prior ipsorū dedu-  
centiū: detecto capite: versus  
ad metropolitanum dicit.

**R**euerendissime pater: po-  
stulat sancta mater eccle-  
sia: vt p̄sentem circūspectam  
mulierem: ad dignitatez regi-  
nalem subleuetis. **Tūc inter-  
rogat metropolitanus.**

**S**citis illam esse dignam et  
utilem ad hanc dignitatem.

**Ille respondet.**

**E**t nouimus ⁊ credimus eā  
esse dignam et utilem ecclesie  
dei: ⁊ ad regimē huius regni.

**Metropolitanus dicit.**

**D**eo gratias. **Tūc sedet re-  
gina media inter ipsos episco-  
pos deducētes: congruenti  
spacio a Metropolitanano: ita  
vt illi faciem vertat: ipsi etiaz  
deducētes ep̄i: senior ad dex-  
tram: alius ad sinistra regine  
se collocāt: vt ⁊ ip̄i ad alteru-  
trum facies vertant. Ip̄is sic  
sedentib⁹: postq; aliquantu-**

**lum quieuerint. Metropolitanus**  
**cozonandā reginā dili-**  
**genter instruit ⁊ admonet de**  
**fide ⁊ dilectiōe dei: ac salubri**  
**regimine regni ⁊ populi. De-**  
**fensione ecclesiarū et misera-**  
**biliū personarū: ⁊ alijs opo-**  
**tunis voce congruenti et in-**  
**telligibili dicens.**

**Q**um hodie p̄ man⁹ n̄ras  
circūspecta mulier: qui  
xp̄i saluatoris n̄ri vice in hac  
re fungimur: quāuis indigni  
sacram vnctionē: ⁊ regni insi-  
gnia sis susceptura: bene est:  
vt te prius de onere ad quod  
destinaris: aliquantulū mo-  
neam⁹. Reginalē hodie susci-  
pis dignitatem: ⁊ regendi fi-  
deles populos tibi cōmissos  
curam sumis. Preclarus sane  
inter mortales locus: sed dis-  
criminis: laboris: atq; anxie-  
tatis plenum. Verum si con-  
sideraueris q̄ ois potestas a  
domino deo est: per quē regi-  
ne regnant: ⁊ legum condito-  
res iusta decernunt: quodq;  
de grege tibi cōmissio: ip̄i deo  
rationē es redditura. Primū  
pietatem seruabis. Dominū  
deū tuū tota mente: ac puro  
corde coles. Christianaz reli-  
gionem ac fidem catholicam  
quā ab incunabilis professa  
es: ad finē vsq; inuiolatā reti-  
nebis: eāq; cōtra oēs aduer-

santes pro viribus defendes. Ecclesiarum prelatibus: ac reliquis sacerdotibus: condignam reuerentiam exhibebis. Ecclesiasticam libertatem non inculcabis. Iusticiam sine qua nulla societas diu consistere potest: erga omnes incuncte administra bis: bonis premia: nocuis debitas penas retribuendo. Viduas: pupillos: pauperes ac debiles ab omni oppressione defendes. Omnibus te aduentibus: benignam: mansuetam: atque affabilem: pro reginali tua dignitate te prebebis: et ita te geres: ut non ad tuam: sed totius populi utilitatem regnare: premiumque benefactorum tuorum: non in terris: sed in celo expectare videaris. Quod ipse prestare dignetur: qui vivit et regnat deus in secula seculorum. **Quo facto Regina electa accedit ad Metropolitanum: et genuflera osculatur eius manum: et facit hanc professionem dicens.**

**E**go. A. deo annuente futura Regina. B. profiteor et promitto coram deo et angelis eius: deinceps legem iusticiam et pacem ecclesie dei: populoque mihi subiecto: pro posse et nosse facere atque servare: salvo condigno misericordie dei respectu: sicut in consilio

fideliu meorum melius potero inuenire. Pontificibus quoque ecclesiarum dei: condignum et canonicum honorem exhibere: atque ea que ab imperatoribus et regibus ecclesiis collata et redita sunt: inuolabiliter obseruare. Abbatibus: comitibus et vasallis meis congruum honorem: secundum consilium fideliu meorum prestare. **Deinde ambabus manibus tangit librum Euangeliorum: quem metropolitanus coram ea super genibus apertum tenet: inferiori parte libri regine versa dicens. Sic me deus adiuuet: et hec sancta dei euangelia.**

**Quo facto metropolitanus surgit: et cum mitra precubitus in fastigio. Regina vero ad eius sinistram in terram se prosternit: et Cantores incipiunt scola psalmodie Letaniam super in ordinatione subdiaconi positam. In qua cum dictum fuerit.**

**Ut obsequium seruitutis nostre: tibi rationabile facias.**

**Te rogamus audi nos. Metropolitanus surgit: et accepto baculo pastorali in sinistra super illam dicit.**

**Ut hanc electam in reginam coronandam bene dicere digneris. R. Te rogamus audi nos. Secundo dicit.**

**Ut hanc electam in reginam coronandam bene dicere et**

cōse ⁊ crare digneris. **R.** Te  
rogam⁹ audi nos. producen  
do super reginam signuz cru  
cis vbi in textu signatus est.  
Idem dicunt ⁊ faciūt episco  
pi parati: genuflexi tamē per  
manentes: quo dicto metro  
politanus redit ad accubitū  
Cantozibus Letaniā resumē  
tibus ⁊ perficiētibus. qua fi  
nita. Metropolitanus depo  
sita mitra surgit: regina pro  
strata manente: et dicit super  
eam intelligibili voce oratio  
nem sequentem: quam astan  
tes episcopi etiā sine mitris ī  
loc⁹ suis stātes submissa vo  
ce pronūciant. **Oremus.**

**O**mnipotens sempiternus  
deus: banc famulā tuā  
celesti bene ⁊ dictiōe sancti  
fica: ⁊ quam in gubernationē  
regni reginam eligimus: tua  
vbiq; sapiētia doceat atq; cō  
fortet: et ecclesia tua fidelem  
famulam semper agnoscat.  
Per eundē dominū nostrum  
Iesum xp̄m filium tuum: qui  
tecum vivit ⁊ regnat ī vnita  
te spiritus sancti deus. **Dein  
de mediocri voce extēsis ma  
nibus ante pectus dicit.**

**Per omnia secula seculorū. R.**

**Amē. V. Dñs vobiscū. R. Et**

**cū spiritu tuo. V. Sursū cor**

**da. R. Habem⁹ ad dominū.**

**Gras agam⁹ domino deo**

**nro. R. Dignū et iustū est.**

**Uere dignū ⁊ iustū est equū**

**et salutare. Nos tibi semp ⁊**

**vbiq; gratias agere domine**



sancte pater oīpotens eterne



deus. Bonorū cūctorū auctor



ac distributor: benedictio



nūq; omniū largus infusor:



tribue sup hāc famulā tuam



reginā benedictionis tue co




piam: ⁊ quā humana electio



sibi p̄esse gaudet tua sup



ne electionis et benedictio



nis infusio accumulet. Con



cede ei domine auctoritatez



regiminis: consilij magnitu



dinez sapientie prudentie et



intellectus habundantiam.



religionis ac pietatis custo



diā. Quaten⁹ mereatur bene



dici: et augumentari in nomine



ut Sarra. visitari et fecundari



ut Rebecca. contra omnium



muniri vitiorum monstra ut



Judith. In regimine regni eli-



gi ut Hester. ut quam humana



nititur fragilitas benedice-




re: celestis potius intimi ro-



ris repleat infusio. Et que a



nobis eligitur: et benedicunt in



Reginam a te mereatur obti-



nere premium eternitatis per-



petue. Et sicut ab hominibus



sublimatur in nomine: ita a te



sublimetur fide et operatio-



ne. Illo etiam sapientie tue



eam rose perfunde: quē bea-



tus David i repromissioe: et



filius ei? Salomō pcepit in



locupletatione. Sis ei domi-



ne cōtra cūctoꝝ ictus inimi-



coꝝ loꝝica. In aduersis ga-



lea. In prosper? sapiētia. In



prectione clype? sempitern?



Sequat pacē: diligat caritatē



abstineat se ab omī impieta-



te: loquat iusticiā: custodiat



veritatē. Sit cultrix iusticie



7 pietatis: amatrix religiōis



vigeatq3 p̄senti b̄ndictioe in



hoc euo ānis plurimis: et in



sempiterno sine fine eternis.

Deinde dicit plane legendo:  
ita tñ q̄ a circūstantib⁹ au-  
diatur. Per dominū n̄m r̄c.  
Quibus dictis sedet Metro-  
politanus ⁊ accepta mitra in-  
tingit pollicez dextre manus  
in oleum catbecuminoꝝ: ⁊ i-  
ungit in modum crucis bra-  
chium dextrum Regine inter  
iuncturā manus ⁊ iuncturaz  
cubiti: ac iter scapulas dicens  
**D**eus pater eterne glorie  
fit tibi adiutor: ⁊ omni-  
potens benedicat tibi: preces  
tuas exaudiat: vitam tuā lon-  
gitudine dierū adimpleat: be-  
nedictionē tuam iugiter con-  
firmet. te cum omni populo  
in eternum conseruet: inimi-  
cos tuos confusione induat  
et sup te xp̄i sanctificatio: ac  
huius olei infusio floreat: vt  
qui tibi ī terris tribuit bene-  
dictionem. ipse in celis cōfe-  
rat meritum angeloz. ⁊ bene-  
dicat te: ⁊ custodiat in vitam  
eternam. Jesus xp̄s dñs no-  
ster: qui viuit ⁊ regnat deus  
in secula seculoz. **Quo facto**  
**surgit Regina ⁊ ad partem se-**  
**retrahit: vbi plati sui dome-**  
**stici ei assistunt. Metropolita-**  
**tanus vero accedit ante alta-**  
**re: deposita mitra cū suis mi-**  
**nistris facit confessionē. Idē**  
**faciunt Ep̄i parati: iuxta sedi-**  
**lia sua sine mitris stātes. Fa-**

cta confessione metropolita-  
nus ascendit ad altare: oscu-  
latur. incensat. ⁊ p̄cedit ī mis-  
sa vsqz ad **Alla** exclusiue. vel  
**Tractum** si dicit̄ more cōsue-  
to. Regina v̄o ducitur a suis  
ad sacristiam vel papilionez:  
vbi accipit vestes reginales.  
Deinde redit cū illis ad thala-  
mū. vbi manet vsqz ad dictū  
**Graduale**. nō tamen sedet in  
folio. sed sup aliquod faldi-  
stozium sibi paratū genufle-  
ra procūbit. audiēs missam.  
**Missā dicit̄ de die. ⁊ cum ora-**  
**tione diei dicit̄ pro ipsa electa**  
**regina sub vno Per dominū**  
**D**eus regnozū om̄. **Oro.**  
niū p̄tectoꝝ. da famule  
tue. A. regine nostre triūphū  
virtutis tue scienter excolere  
vt que tua cōstitutiōe est prin-  
cipissa. tuo semp munere sit  
potens. Per dñm. **Graduale**  
**cantato metropolitan⁹ sedet**  
**in faldistorio cū mitra. ⁊ Re-**  
**gina a suis associata media i-**  
**ter priores duos platos pa-**  
**ratos ad Metropolitanū re-**  
**ducitur. cui facta reuerentia**  
**vt prius genuflectit corā eo.**  
**Tunc imponit̄ ei corona quā**  
**omnes ep̄i parati qui adsunt**  
**de altari per metropolitanz**  
**sumptā manibus tenēt. ipso**  
**metropolitano illā regente ⁊**  
**capiti illi⁹ imponēte ⁊ dicēte.**

**A**ccipe coronam Regni: que licet ab indignis Episcoporum tamen manibus capiti tuo imponitur: in nomine patris et filii et spiritus sancti. quam sanctitatis gloriam et honorem: ac opus fortitudinis intelligas significare: et per hanc te participem ministerii nostri non ignores. Ita ut sicut nos in interioribus pastores: rectoresque animarum intelligimur: ita et tu contra aduersitates ecclesie christi defensatrix assistas Regnique tibi a deo dati: et per officium nostre benedictionis in vice apostolorum: omniumque sanctorum: regimini tuo commisi: utilis executrix: perspicuaque regnatricis semper appareas: ut inter gloriosos athletas: virtutum gemis ornata: et premio superne felicitatis coronata: cum redemptore et salvatore nostro Iesu christo: cuius nomen vicemque gestare crederis: sine fine glorieris: qui vivit et imperat deus cum patre et spiritu sancto in secula seculorum.

**Et mox dat ei sceptrum in manum dicens.**

**A**ccipe virgam virtutis et equitatis: et esto pauperibus misericors et affabilis: viduis: pupillis et orphanis diligentissimam curam exhibeas: ut omnipotens deus augeat

tibi gratiam suam: qui vivit et regnat in secula seculorum.

**Tum surgunt omnes: et metropolitanus cum omnibus episcopis paratis deducit reginam coronam in capite: et sceptrum in manu ferentem: mediam inter se et digniores episcopum paratum supra solium: ubi stans cum mitra una cum eodem digniore Episcopo intronizat eam in solio dicens.**

**S**ta et retine a modo locus tibi a deo delegatus: per auctoritatem omnipotentis dei: et per presentem traditionem nostram: omnium scilicet Episcoporum: ceterorumque dei servorum: et quanto clerum sacris altaribus propinquioris prospicis: tanto ei potentior in locis congruis honorem impendere memineris: quatenus mediator dei et hominum: te mediatrix cleri et plebis: in hoc regni solio confirmet: et in regnum eternum secum regnare faciat. Iesus christus dominus noster. Rex regum et dominus dominantium: qui cum patre et spiritu sancto vivit et regnat deus per omnia secula seculorum. **Deinde metropolitanus deposita mitra inchoat scola persequente hymnum.**





**T**e deū laudam⁹. **Q**ui totus dicitur prout habet supra in fine consecrationis Electi in Episcopū. quo incepto Metropolitanus accedit ad dexteram regine: ibi cōtinuo manens vsqz ad finē hymni. Finito hymno Metropolitan⁹ stans vt prius iuxta Reginas sine mitra dicit sup illam. **V.** Firmetur manus tua: ⁊ exaltetur dextera tua. **R.**

Justicia ⁊ iudicium preparatio sedis tue. **V.**

**D**ñe exaudi orōnē meā. **R.**

Et clamor me⁹ ad te vēlat. **V.**

**D**ominus vobiscum. **R.**

Et cū spiritu tuo. **O**remus.

**D**eus qui victrices Moy-  
si manus in oratiōe firmasti: q quāuis etate languesceret: infatigabili sanctitate pugnabat: vt dum Amalech iniquus vincit: dum pphān⁹ nationū populus subiugat: exterminatis alienigenis: hereditari tue possessio copiosa seruiret: opus manū tuarū pia nostre orationis exauditione confirma. Habemus et nos apud te sancte pater: dominū saluatozē: qui p nobis manus suas extēdit in cruce: per quē etiā precamur altissi-

me: vt tua potētia suffragante: vniuersoz hostiū frangat impietas: populusqz tuus cessante formidine: te solū timere cōdiscat. Per eūdē dñz ⁊c.

**R.** Amē. Quibus finitis Metropolitan⁹ cū episcopis paratis reuertit ad sedem suam prope altare: ⁊ dicit Alleluia vel Tractus. Euangelium. et alia vsqz ad Offertoriū inclusive. quo dicto Metropolitanus sedet in faldistorio ante mediū altaris cū mitra: ⁊ Regina a suis p̄latib⁹: magnatib⁹ ⁊ alijs associata: venit añ Metropolitanū: corā quo genuflecta: offert ei aurū quantū sibi placet: ⁊ manū Metropolitan⁹ osculat. Deinde ad solii suū reuertit: Metropolitan⁹ lauat man⁹ surgit: accedit ad altare: ⁊ psequit missam vsqz ad cōmunionē. cū secreta diei dicit pro regina sub vno Per dominū.

**Secreta.**

**S**uscipe dñe p̄ces ⁊ hostias ecclesie tue p salute famule tue. **A.** regine nre supplicantis: ⁊ in p̄tectione fidelium populozū: atriqz brachij tui operare miracula: vt superatis pacis inimicis: segura tibi seruiat christiana libertas. p dominū. **Pax** dat regine per primū ex p̄latib⁹ paratis cum instrumēto ad hoc ordinato

Postq̄z metropolitan⁹ se cō-  
municauerit d̄ corpore ⁊ san-  
guine: ⁊ se purificauerit ante  
q̄z digitos abluat: Regina si-  
ne Corona et sine Iceptro de  
thalamo suo a suis dūtarat  
associata: accedit ad altare: ge-  
nuflectit ī supremo gradu al-  
taris: ⁊ metropolitano dete-  
cto capite ad eam verso: dicit  
Regina submissa intelligibili  
tamen voce.

**Confiteor deo omnipotēti ⁊c.**  
quo dicto metropolitan⁹ ad-  
huc eodez modo stans dicit.  
**Q**isereatur tui omnipotens  
deus: et dimissis peccat⁹ tuis  
perducat te ad vitam eternā.  
**R.** Amen.

**I**ndulgentiā: absolutionem  
⁊ remissionē peccatorū tuoz  
tribuat tibi omnipotēs ⁊ mi-  
sericors domin⁹. **R.** Amen.

**Et manu dextra signum cru-  
cis super Reginam producit:**  
vertit se ad altare: accipit ho-  
stiam consecratā inter polli-  
cem ⁊ indicem dextre manus  
et cum sinistra patenam cōti-  
nuo supponit hostie: ⁊ cōuer-  
sus ad reginam cū ipso sacra-  
mento format signuz crucis  
ante faciem Regine ⁊ eam cō-  
municat dicens.

**Q**orpus domini nostri Iesu  
xpi custodiat te ⁊ perducat ī  
vitam eternā. Regina anteq̄z

sumit sacramentū: osculatur  
manū dextram metropolita-  
ni: ⁊ sumpta cōmuniōe et ca-  
lice de manu Metropolitanī  
se purificat: et purificata ad  
thalamū suū reuertitur cum  
suis vt venit. Metropolitanus  
vero patenam cū pollice  
dextre man⁹ extergit diligen-  
ter super calicē ne quid de sa-  
cramento super ea remaneat:  
abluit etiā super calicem digi-  
tos: abluitionem sumit: et ac-  
cepta mitra lauat man⁹: ⁊ pfi-  
cit missam. Eū postcōm. diei  
dicit̄ pro regina sub vno **Per  
dominū.**

**Postcōm.**  
**D**eus qui ad p̄dicandum  
eterni regni euangeliuz  
Romanū imperiuz p̄parasti:  
p̄tende famule tue. **A.** regine  
nr̄e arma celestia: vt pax eccle-  
sie nulla turbeſ tēpestate bel-  
lozum. **Per dñm.** In fine me-  
tropolitanus dat benedicti-  
onem solemne. qua data oēs  
vadūt in pace. Missa dicit̄ de  
die cū cōmemoratiōe pro Re-  
gina electa sub vna cōclusiōe  
p̄out supra ordinatum est.

**Q**um autē regina iam p̄-  
cedem vt regni dñia: bene-  
dicta ⁊ coronata: deinde con-  
sortē sibi elegerit: quē postea  
statuerit coronari. Ad diē or-  
dinataz vocant̄ omnes p̄lati  
regni: parāt̄ duo thalami: ac

omnia alia ordinant: put supra in coronatione regis posita sunt. Die autem statuto: metropolitano et platis in ecclesia constitutis: et se vestientibus. Regina reginalibus vestibus induta: cum corona in capite: et sceptro in manu: a suis associata: venit ad ecclesiam: et ascendit thalamum suum. Illis autem paratis: et suo ordine sedentibus: ut supra in coronatione regis ordinatum est Regina de thalamo suo descendens cum corona in capite: et sceptro in manu: venit coram Metropolitano: a quo facta ei reverentia: petit regem consortem suum benedici et coronari sub his verbis.

**R**euerende pater: postulamus ut consortem nostrum a deo nobis coniunctum benedicere: et corona regali decorare dignemini: ad laudem et gloriam saluatoris nostri. Deinde ad thalamum suum revertitur. Interim rex vestibus militaribus indutus: venit ad ecclesiam a suis prelatibus domesticis non paratis: ac Comitibus: magnatibus regni: et alijs associatus: qui cum venerit prope presbyterium: duo priores episcopi ex paratis: ei obviam veniunt: et cum mitris capita illi aliquantulum inclinantes:

ipsum usque ante Metropolitanum deducunt. coram quo Rex birreto deposito: caput inclinans: humilem ei reverentiam exhibet: qua facta: priorum episcoporum deducentium: stans detecto capite usque ad metropolitanum: voce intelligibili dicit.

**R**euerendissime pater: postulat sancta mater ecclesia etc. Et omnia alia suo ordine fiunt: prout habetur supra sub prima Rubrica de benedictione et coronatione Regis: usque ad aliam rubricam de coronatione regine: que hic obmittitur cum sit prius coronata.

**C**De benedictione novi militis. Tres creati et benedici potest quacumque die: loco et hora. sed si inter missarum solennia creandus est. Pontifex in eo habitu in quo missam celebravit: aut illi interfuit: in faldistorio ante medium altaris stans vel sedens prout convenit. finita missa id peragit. Si autem extra divina: in stola super rochetum: aut suppellicium si esset pontifex regularis: id facit. Et primo ensem: quem aliquis coram eo genuflexus: euaginatium tenet: stans detecto capite benedicit si non sit benedictus dicens.

**E**xaudi quesumus domine  
preces nostras: et hunc  
Ensem: quo hic famulus tuus  
circūcingi desiderat: maiesta-  
tis tue dextera dignare bene-  
dicere: quatenus esse possit  
defensor ecclesiarum: viduarum:  
orphanorum: omniumque deo ser-  
uientium: contra seuitiam paga-  
norum: alijque sibi insidiantibus  
sit terror et formido: pre-  
stans ei eque persecutionis: et  
iuste defensionis effectum.  
Per christum dominum nostrum.

**R.** Amen. **Oremus.**

**B**ene + dic domine sancte  
pater omnipotens eter-  
ne deus: per inuocationem san-  
cti tui nominis: et per aduentum  
christi filij tui domini nostri: et  
per donum sancti spiritus pa-  
racliti hunc Ensem: ut hic fa-  
mulus tuus: qui hodierna die  
eo tua concedente pietate pre-  
cingitur: inuisibiles inimicos  
sub pedibus conculet: victo-  
riaque per omnia potitus semper  
maneat illesus. Per christum do-  
minum nostrum. **R.** Amen. **Dem**

**de dicit stans ut prius**

**B**enedictus dominus deus  
meus: qui docet manus  
meas ad prelium: et digitos  
meos ad bellum.

**M**isericordia mea et refugium  
meum: susceptor meus et libe-  
rator meus.

**P**rotector meus et in ipso spe-  
raui: qui subdis populum me-  
um sub me.

**G**loria patri et filio et spiritui sancto  
Sicut erat in principio et nunc  
et semper: et in secula seculorum. Amen. **V.**

**S**aluum fac seruum tuum domine. **R.**

**D**eus meus sperantem in te. **V.**

**E**sto ei domine turris fortitudi-  
nis. **R.** A facie inimici. **V.**

**D**omine exaudi orationem meam. **R.**

**E**t clamor meus ad te veniat. **V.**

**D**ominus vobiscum. **R.**

**E**t cum spiritu tuo. **Oremus.**

**D**omine sancte pater om-  
nipotens eterne deus: qui  
cuncta solus ordinas et recte  
disponis: qui ad coherendam  
malitiam reproborum: et tuen-  
dum iustitiam: usum gladii in  
terris hominibus tua salubri  
dispositione permisisti: et mili-  
tarem ordinem: ad populi pro-  
tectionem institui voluisti:  
quique per beatum Johannem mi-  
litibus ad se in deserto venien-  
tibus: ut neminem concuterent:  
sed proprijs contenti essent sti-  
pendijs: dicit fecisti: clementiam  
tuam domine suppliciter exo-  
ramus: ut sicut Dauid puero  
tuo Goliath superandi largi-  
tus es facultatem: et Judam  
Machabeum: de feritate gen-  
tium nomen tuum non inuocan-  
tium: triumphare fecisti. Ita et  
huic famulo tuo: qui nouiter

171  
iugo militie colla supposuit:  
pietate celesti vires et auda-  
ciam: ad fidei et iusticie defen-  
sionem tribuas: et prestes fi-  
dei: spei: et charitatis augmen-  
tum: et da ei timorem: pariter  
et amorem: humilitatem: per-  
seuerantiam: obedientiam et  
patientiam bonam: et cuncta in  
eo recte disponas: ut neminem  
cum gladio isto: vel alio iniu-  
ste ledat: et omnia cum eo iusta  
honeste et recte defendat: et si-  
cut ipse de minori gradu: ad  
nouum militie prouebit ho-  
nozem: ita veterem hominem  
deponens cum actibus suis:  
nouum induat hominem: ut te  
timeat: et recte colat: perfido-  
rum consortia vitet: et suam  
in proximum charitatem exten-  
dat: proposito suo in omnibus  
recte obediat: et suum in cunctis  
iuste officium exequatur. Per  
xpm dominum nrm. *R. Amen*

*Tum Ensem aqua benedicta  
aspergit. Si autem Ensis sit  
prius benedictus. omnia pre-  
dicta obmittuntur. Post hec  
pontifex sedens cooperto ca-  
pite dat Ensem nudum nouo  
militi ante se genuflexo in ma-  
num dextram dicens.*

**A**ccipe gladium istum In  
nomine patris et filii et spi-  
ritus sancti. et utaris eo ad de-  
fensionem tuam: ac sancte dei

ecclesie: et ad confusionem ini-  
morum crucis xpi: ac fidei  
christiane: et quantum huma-  
na fragilitas permiserit: cum  
eo neminem iniuste ledas: quod  
ipse prestare dignetur: qui cum  
patre et spiritu sancto vivit et  
regnat deus per omnia secul-  
la seculorum. *R. Amen. Deinde  
Ensis in vaginam reponitur et  
Pontifex cingit militem nou-  
um Ense dicens.*

**A**ccingere gladio tuo super  
femur tuum potentissime  
In nomine domini nostri Jesu xpi  
et attende: quod sancti non in gla-  
dio: sed per fidem vicerunt re-  
gna. *Ense igitur accinctus mi-  
les nouus surgit et Ensem de  
vagina educit. et euaginatam  
ter viriliter vibrat. et super bra-  
chium sinistrum tergit. et in  
vaginam reponit. Tum pon-  
tifer iterum Ensem euaginatam  
in dextram accipiens militem  
nouum ante se genuflexum:  
cum ipso Ense euaginato ter  
super scapulas leuiter percu-  
tit interim semel tantum dicens*

**E**sto miles pacificus: stren-  
uus: fidelis et deo de-  
uotus. Deinde reposito ense  
in vaginam. Pontifex manu  
dextra dat nouo Militi leui-  
ter alapam dicens.

**E**xciteris a somno mili-  
tie. et vigila in fide xpi.

et fama laudabili. Tum pontifex dat nouo militi osculum pacis dicens. Dat tibi. et milites astantes imponunt nouo militi calcaria: et pontifex sedens capite cooperto dicit Antiphonam.

**S**peciosus forma pre filiis hominum: accingere gladio tuo sup femur tuum potentissime. **Surgit pontifex et versus ad nouum militem stans et delecto capite dicit. Orem?**

**O**mnipotens sempiternus deus: super hunc famulum tuum. A. qui eminenti mucrone circumcingi desiderat: gratiam tue bene + dictionis infunde: et eum dextre tue virtute fretum: fac contra cuncta aduersantia celestibus armari presidij: quo nullis in hoc seculo tempestatibus bellorum turbetur. Per xpm dnm nostrum. R. Amen. **His dictis nouus miles osculat manus pontificis: et depositis Ense et calcaribus vadit in pace.**

**De creatione militis regularis.**

**U**m sumus pontifex committit aliquem creari seu recipi in Militem sancti Iohannis Hierosolimitani. aut sancti Jacobi de Spata. vel san

cti Georgij: seu alterius ordinis militaris. Pontifex cui creatio huiusmodi siue receptio commissa est: In primis debet interrogare diligenter creandum militem an emisit aliquod votum solene impediens quo minus possit ingredi et assumere ordinem quem intendit profiteri. Si dixerit aliquis tale votum emisisse: non debet cum eo ad actum commissum procedi. Sin autem pontifex creat eum militem ordine superscripto: tum imponit ei Crucem siue Spatam: aut aliud signum: siue habitum illum quo milites illius ordinis: quem intendit profiteri uti consueuerunt. Deinde recipit ab eo adhuc genuflexo professionem per tales emitti solitam votorum: et alias secundum morem illius ordinis siue Militie. et iniungit ei: ut quoad vixerit singulis diebus dicat. cl. pater noster. vel plura aut pauciora secundum ordinem siue Militie illius instituta.

**Sequitur secunda pars huius libri.**

Secunda pars incipit in qua  
primo de Benedictione et im-  
positione primarij lapidis p  
ecclesia edificanda.

**E**mo ec-  
clesiā edi-  
ficet: pri-  
us q̄ pō-  
tificis iu-  
dicio lo-  
cus et a-  
triū desi-  
gnent. et  
quid ad lumina. quid ad re-  
ctoꝝ: ministroꝝq̄ stipen-  
dia sufficiat. quidq̄ ad eccle-  
sie dotem ptineat: diffiniat. et  
p̄ eū: vel eius auctoritate per  
sacerdotē: crux in loco figat.  
et lapis primarij in fundamē-  
to ponat. pridie igit lignea  
crux in loco vbi debet esse al-  
tare figat. Sequenti vero die  
lapis i ecclesie fundatiōe po-  
nendus: bñdici debet hoc mo-  
do. Pontifex parat. Amictu:  
alba: cingulo: stola: et pluui-  
ali albi coloris: et mitra simpli-  
ci: et baculū pastorale in sini-  
stra tenēs: stans cū mitra in  
loco vbi ecclesia est fundāda  
benedicit sal et aquā: et extensa  
dextra sup sal absolute dicit.

**A**torcizo te creatura salis  
per deū + viuū: p̄ deū  
+ verū: per deū + sanctuz: p̄  
deum qui te p̄ Heliseū pphe-

tam in aquā mitti iussit: vt sa-  
naret sterilitas aque: vt effi-  
ciar sal et torcizatū in salutē  
credentiū: et sis omnib⁹ te su-  
mentib⁹ sanitas anime et coz-  
poris: et effugiat atq̄ discedat  
ab eo loco: in quo aspersum  
fueris: omnis fantasia et ne-  
quitia: ac versutia diabolice  
fraudis: omnisq̄ spirit⁹ imū-  
dus adiurat⁹. per eū qui ven-  
tur⁹ est iudicare viuos et mo-  
tuos et seculum per ignē. **De-**  
**inde deposita mitra dicit. V.**  
**D**ñe exaudi orōnē meā. **R.**  
**E**t clamoꝝ me⁹ ad te vēiat. **V.**  
**D**ominus vobiscum. **R.**  
**E**t cū spiritu tuo. **Oremus.**  
**I**mmensam clementiā tuā  
omnipotens eterne deus  
humiliter imploꝝam⁹: vt hāc  
creaturā salis: quam in vsum  
generis humani tribuisti: be-  
ne + dicere et sancti + ficare  
tua pietate digneris: vt sit oī-  
bus eū sumentib⁹ salus men-  
tis et corporis: et quicqd ex eo  
tactum vel respersum fuerit:  
careat omni imūdicia: omni-  
q̄ impugnatione spiritualis  
nequitie: per virtutē domini  
nostri Jesu xp̄i: qui ventur⁹  
ē iudicare viuos et mortuos:  
et seculū per ignem. **R.** Amen  
**Tum accepta Mitra: extensa**  
**dextra super aquas stans ab-**  
**solute dicit.**

**E**xorcizo te creatura aque  
 in nomine dei pa **+** tris  
 omnipotentis: et in nomine Je-  
 su xpi fi **+** lii ei? domini no-  
 stri: et in virtute spiritus **+** san-  
 cti: ut fias aqua exorcizata: ad  
 effugandum omnem potestatem  
 inimici: et ipsum inimicum era-  
 dicare et explatere valeas: cum  
 angelis suis apostaticis: per  
 virtutem eiusdem domini no-  
 stri Jesu xpi: qui venturus est  
 iudicare vivos et mortuos: et  
 seculum per ignem. *Deinde de-  
 posita mitra dicit. v.*

**D**ne exaudi orationem meam. *R.*

Et clamor meus ad te veniat. *v.*

**D**ominus vobiscum. *R.*

Et cum spiritu tuo. *Oremus.*

**D**eus qui ad salutem hu-  
 mani generis: maxima  
 queque sacramenta in aquarum  
 substantia condidisti: adesto  
 propitius invocationibus no-  
 stris: et elemento huic multi-  
 modis purificationibus prepa-  
 rato: virtutem tue bene **+** di-  
 ctionis infunde: ut creatura  
 tua mysterijs tuis serviens:  
 ad abiiciendos demones mor-  
 bosque pellendos: diuine gra-  
 tie sumat effectus: ut quicquid  
 in domibus vel in locis fide-  
 lium: hec unda asperserit: ca-  
 reat omni imundicia: liberetur  
 a noxa. Non illic resideat spiri-  
 tus pestilens: non aura corru-

pens. discedant omnes insidie la-  
 tentis inimici: et si quid est quod  
 aut incolumitati habitantium  
 invidet: aut quieti: asperzione  
 huius aque effugiat: ut salu-  
 bertas per invocationem tui san-  
 cti nominis experita: ab omnibus sit  
 impugnationibus defensa: per  
 virtutem domini nostri Jesu xpi: qui ven-  
 turus est iudicare vivos et mor-  
 tuos et seculum per ignem. *R. Amen*  
**Pontifex accepto sale in dex-  
 tram mittit illud in aquam i  
 modum crucis semel dicens.**

**H**ec commixtio salis et aque  
 efficiatur salutare sacra-  
 mentum in nomine pa **+** tris et fi-  
**+** lii et spiritus **+** sacri. *Quo  
 facto super sal et aquam dicit. v.*

**D**ominus vobiscum. *R.*

Et cum spiritu tuo. *Oremus.*

**D**eus invicte virtutis au-  
 ctor: et insuperabilis impe-  
 rij rex: ac semper magnificus triu-  
 phator: qui aduersus dominationis  
 vires reprimis: qui inimici ru-  
 gientis seuitiam superas: qui ho-  
 stiles neqtias potenter expu-  
 gnas: te domine tremetes et sup-  
 plices deprecamur ac petimus  
 ut hanc creaturam salis et aque  
 dignanter aspicias. Benignus  
 illustres. Pietatis tue rore san-  
 cti **+** fices: ut ubicumque asper-  
 sa fuerit: per invocationem tui  
 sancti nominis: omnis infesta-  
 tio imundi spiritus abiiciatur:



terroꝝq; venenosi serpētis p-  
cul pellatur: et p̄sentia sancti  
spiritus: nobis misericordiā  
tuam poscentib; ubiq; adesse  
dignetur. Per dñm n̄m r̄c.  
**R.** Amen. **Tum pontifex acci-  
pit mitrā: et scola cantat Anti-  
phonā et ps. sequentes. Añā.**



**S**ignum salutis pone domi-



ne Jesu xp̄e in loco isto et nō



pmittas introi re ange-



lum p̄cu ti en tem.

**Q**uam dilecta taber- **ps.**  
nacula tua domine vir-  
tutum: concupiscit et deficit  
anima mea in atria domini.

**Q**uoz meum et caro mea: et ul-  
tauerunt in deum viuum.

**E**t enī passer inuenit sibi do-  
mum et turtur nidum: ubi re-  
ponat pullos suos.

**A**ltaria tua domine virtutū:

rex meus et deus meus.

**B**eati qui habitant in domo  
tua domine: in secula seculo-  
rum laudabunt te.

**B**eatus vir cuius est auxilium  
abs te: ascensioes in corde suo  
disposuit in valle lachryma-  
rum: in loco quem posuit.

**E**t enim benedictionem da-  
bit legislatoꝝ: ibunt de virtu-  
te in virtutē: videbitur deus  
deozum in syon.

**D**omine deus virtutū exau-  
di orationē meam: aurib; per-  
cipe deus iacob.

**P**rotector noster aspice de-  
us: et respice in faciē christi tui.

**Q**uia melioꝝ est dies vna in  
atrijs tuis: super milia.

**E**legi abiectus esse in domo  
dei mei: magis quā habitare in  
tabernaculis peccatoꝝum.

**Q**uia misericordiaz et verita-  
tem diligit deus: gratiā et glo-  
riam dabit dominus.

**N**ō priuabit bonis eos qui  
ambulant in innocentia: do-  
mine virtutū: beatus homo  
qui sperat in te.

**G**loria patri. **S**icut erat r̄c.  
**I**nterim dū premissa cantan-  
tur. **P**ontifex cū mitra asper-  
git locum ubi crux posita est  
cum aqua per eum benedicta  
finitis antiphona et ps. p̄di-  
ctis. **P**ōrifex stās versus ad  
locū p̄ eū aspersum deposita

**mitra dicit.** Oremus.

**D**omine deus: qui licet celo et terra non capiaris: domum tamen dignaris habere in terris: ubi nomen tuum iugiter inuocetur: locum hunc quesumus beate Marie semper virginis. et beati. **A.** nomi nando sanctum vel sanctam in cuius honorem atque nomen fundabitur ecclesia. omniumque sanctorum intercedentibus meritis visita: et per infusionem gratie tue ab omni inquinamento purifica: purificatumque conserva: et qui dilecti tui David deuotionem: in filii sui Salomonis opere compleuisti: in hoc opere desideria nostra perficere digneris: effugiantque omnes hinc nequie spirituales per dominum. **R.** Amen. **Post hec stans ad huc sine mitra pontifex benedicit primum lapidem dicens.** **A.** diutorum nostrum in nomine domini. **R.** Qui fecit celum et terram. **V.** Sit nomen domini benedictum. **R.** Ex hoc nunc et usque in seculum. **V.** Lapidem quem reprobauerunt edificantes. **R.** Dic factus est in caput anguli. **V.** Tu es petrus. **R.** Et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. **V.** Gloria patri. **R.** Sicut erat. Oremus.

**D**omine Ihesu christe fili dei uiui: qui es uerus omnipotens deus: splendor et imago eterni patris et uita eterna que es lapis angularis de monte sine manibus excisus: et imutabile fundamentum: hunc lapidem collocandum in tuo nomine confirma: et tu qui es principium et finis: in quo principio deus pater ab initio cuncta creauit: sis quesumus principium: et incrementum et consummatio ipsius operis. quod debet ad laudem et gloriam tui nominis inchoari: qui cum patre et spiritu sancto uiuis et regnas deus per omnia secula seculorum. **R.** Amen. Oremus.

**D**omine sancte pater omnipotens eterne deus: bene dicere dignare hunc lapidem: in fundamentum ecclesie: in honorem sancti. **A.** per dominum nostrum Iesum christum filium tuum lapidem angularem electum. preciosum in fundamento fundamento de quo dicit Apostolus: Petra autem erat christus. qui tecum et cum spiritu sancto uiuit et regnat deus per omnia secula seculorum. **R.** Amen. **Tunc aspergit lapidem ipsius aqua benedicta. et accepto cultro per singulas partes sculptat in eo signum crucis dicens.** In nomine patris et filii et spiritus sancti. **Quo facto dicit** Oremus.

2. 160  
+

**B**enedic domine creaturā  
istā lapidis: vt sit reme-  
dium salutare generi hūano:  
7 presta p̄ inuocationē sancti  
nominis tui: vt quicunq; ad  
hāc ecclesiā edificandā 7 per-  
ficiendā pura mente auxiliū  
dederint: corporis sanitatē: 7  
anime medelam p̄cipiāt. Per  
xpm dñm nostrū. *R.* Amen.

*Ed. x.*  
**D**einde ponit in terraz aliqđ  
tapete: 7 desuper faldistoriū:  
sup̄ quod p̄orifer accepta mi-  
tra accūbit. Tum dicit Letā-  
nia. sup̄ sub ordinatiōe Sub-  
diaconi posita vsq; ad finem  
qua finita: pontifer deposi-  
ta mitra surgit: 7 stās versus  
ad primariū lapidem dicit.

**Oremus.**

**A**ctiones n̄ras q̄sum? dñe  
aspirando p̄ueni: 7 adiu-  
uando p̄sequere: vt cūcta no-  
stra oratio 7 opatio a te sem-  
per ĩcipiat: 7 p̄ te cepta finia-  
tur. Per xpm dñm. *R.* Amen.

**D**einde parato cemento: 7 ce-  
mentario assistente. Ponti-  
fer cum Mitra ponit ipsum  
primariū lapidem in funda-  
mento: inchoans scola prose-  
quente Antiphonam.



**M**ane surgēs Jacob erigebat



lapidem in titulu; fundens



oleum desuper: votū vo uir



domino: vere locus iste san-



ctus est: 7 ego nesciebā. *ps.*

**N**isi dñs edificauerit do-  
mum: inuanū laboraue-  
runt qui edificant eam.

**N**isi dominus custodierit ci-  
uitatē: frustra vigilat qui cu-  
stodit eam.

**V**anū est vobis añ lucē sur-  
gere: surgite postq; sederitis  
q; māducatis panē doloris.

**Q**ū dederit dilectis suis som-  
num: ecce hereditas dñi filij  
merces fructus ventris.

**S**icut sagitte in manu poten-  
tis: ita filij excussorum.

**B**eatus vir qui impleuit de-  
sideriū suū ex ipsis: nō cōfun-  
detur cuz loquetur inimicis  
suis in porta.

Gloria p̄ri et filio et sp̄i sc̄to.  
Sicut erat in principio etc.

Quo dicto pontifex stans cū  
mitra: tangens ipsum lapidē  
in fundamento positū dicit.

In fide Iesu xp̄i collocam?  
lapidem istū primariū in  
hoc fundamēto: In nomine  
pa tris: et fi lij: et sp̄itus  
sancti: ut vigeat vera fides  
hic: et timor dei: fraternaq; di  
lectio: et sit hic locus destina  
tus orationi: et ad iuocanduz  
et laudandum nomen eiusdez  
domini nostri Iesu xp̄i: qui  
cum patre et sp̄itu sancto vi  
uit et regnat deus per omnia  
secula seculorum. Interim ce  
mentarius locat ipsum lapi  
dem cū cemento. postea pon  
tifer spargit sup lapidē aquā  
benedictā: dicens.

Asperges me dñe Isopo et  
mūdabor: lauabis me: et  
sup niuem dealbabor. ps.

Miserere mei deus: fm ma  
gnam misericordiā tuā  
etc. Totus dicit cū Gloria p̄ri  
et. Sicut erat. Quo dicto pō  
tifer spargit aquā benedictā  
per omnia fundamēta si sunt  
aperta: si non sunt aperta: cir  
cuit aspergendo fundamēta  
ecclesie designata: hoc modo  
Incipiēs aspergere et circuire  
inchoat scola prosequēte An  
tiphonam.



O quā metuēdus est locus



iste: ve re nō est hic ali



ud nisi dom? de i et



porta celi. Euouae. ps.

Fundamēta eius in mon  
tibus sanctis: diligit do  
minus portas syon sup om  
nia tabernacula Jacob.

Gloriosa dicta sunt de te: ci  
uitas dei.

Memor ero raab et babilōis:  
scientium me.

Ecce alienigene et tyr? et po  
pul? ethiopū: hī fuerūt illic.

Nunquid syon dicet homo  
et homo natus est in ea: et ip̄e  
fundauit eam altissimus.

Domine narrabit in scrip  
turis populorū: et principū  
horū qui fuerunt in ea.

Sicut letantium omniū: ha  
bitatio est in te.

**G**loria p̄i ⁊ filio ⁊ sp̄i sctō.  
Sicut erat ⁊c. **Et repetita añā**  
**I**nterim aspergēdo procedit  
vsq; ad tertiā partē fundamē  
torū apertorū: seu designato  
rū: vbi substitit. ⁊ repetita añ  
pōtifer stans ibidē deposita  
mitra dicit. **Oremus. et mini**  
**stri. Flectam⁹ genua: Leuate.**

**O**mnipotēs et misericors  
deus: qui sacerdotibus  
tuis tantā p̄e ceteris gratias  
contulisti: vt quicquid ī tuo  
nomīe digne p̄fecteq; ab eis  
agitur: a te fieri credat: quesu  
mus īmensam clementiā tuā:  
vt quicquid modo visitatu  
ri sumus visites: ⁊ quicquid  
benedicturi sum⁹ benedicas:  
sitq; ad nostre hūilitatis in  
troitum: sanctorum tuorum  
meritis fuga demonum: ⁊ an  
geli pacis ingressus. Per chri  
stum dominuz nostrum. **R.**  
**Amen. Deinde inchoat scola**  
**prosequente Antiphonam.**



**P**ax eterna ab eterno huic



**domui. Pax p̄hennis verbū**



**patris sit pax huic domui.**



**pacem pius consolator huic**



**prester domui.**

**I**nterim pontifer accepta mi  
tra: aspergēdo p̄cedit vsq; ad  
aliā tertiā partē fundamēto  
rū apertorū: seu designatorū:  
ibidē subsistēs: et finita añā  
stans cum mitra dicit.

**O**mnipotentē deū fratres  
carissimi: in cui⁹ domo  
multe sūt māsiōes: supplices  
deprecemur: vt locū istū nomi  
ni suo edificandū: p̄ serenissi  
mā pietatē suā: b̄ndicere: san  
ctificare: ⁊ cōsecrare dignet̄.  
Per dñm n̄m Iesuz xp̄m: qui  
cū patre ⁊ sp̄i sancto viuit et  
regnat de⁹: p̄ oīa secl̄a scloꝝ.  
**R. Amē. Deinde inchoat sco**  
**la p̄sequente Antiphonā.**



**Bene fundata est dom⁹ do**



mini supra firmam petram.



Euouae.

**Psalmus.**

**L**etatus sum in his que dicta sunt mihi in domus domini ibimus.

**S**tantes erant pedes nostri: in atrijs tuis hierusalem.

**H**ierusalem que edificatur ut ciuitas: cuius participatio eius in idipsum.

**I**lluc enim ascenderunt tribus tribus domini testimonium israel: ad confitendum nomini domini.

**Q**uia illic sederunt sedes in iudicio: sedes super domum dauid.

**R**ogate que ad pacem sunt hierusalem: et habundantia diligenter te.

**F**iat pax in virtute tua: et habundantia in turribus tuis.

**P**ropter fratres meos et proximos meos: loquar pacem de te.

**P**ropter domus domini dei nostri: quesivi bona tibi.

**G**loria patri et filio et spiritui sancto.

**S**icut erat etc. Et repetit antiphona.

**I**nterim pontifex aspergendo procedit per ultimam tertiam partem fundamentorum

apertorum: seu designatorum: reuertens ad locum in quo lapidem imposuit: ubi repetita antiphona: stans deposita mitra dicit. **Oremus.** et ministri.

**F**lectamus genua: **Leuate.**

**D**eus qui ex omni coaptatione sanctorum eternum maiestati tue condidisti habitaculum: da edificationi tue incrementa celestia: ut quod te iubente fundatur: te largiente perficiatur. **Per christum dominum nostrum. R. Amen.**

**S**ubsequenter pontifex ibidem stans sine mitra inchoat scola prosequente hymnum.



**U**eni creator spiritus et dicitur totus populus habere supra in ordinatione presbiteri. Quo inchoato pontifex genuflectit usque ad finem primi versus. Tunc surgit: stans detecto capite usque ad finem hymni. quo finito dicit. **Oremus.**

**D**escendat quies domine deus spiritus tuus sanctus super hanc domum edificandam: qui et populi tui dona sacrificet: et ipsorum corda purificet. **Per christum dominum nostrum. R. Amen. Oremus.**

**D**eus qui in omni loco dominationis tue benignus exauditor et constructor existis

eraudi nos q̄sum? et p̄sta: vt  
inviolabilis huius loci p̄ma  
neat c̄structio: 7 beneficia tui  
muner?: vniuersitas que tibi  
supplicat p̄cipere mereatur.  
Per dñm n̄m 7c. R. Amen.

Doc facta accepta mitra pon  
tifer si placet: sedens ibidē in  
faldistorio: exhortat̄ populū  
ad cōtribuendū p̄o structu  
ra ecclesie noue: 7 alijs opor  
tunis. deinde dat benedictio  
nem solemnē dicens.

Sit nomē dñi benedictū 7c.  
Et in fine concedit indulgen  
tias. His expletis si velit: pa  
rat se ad celebrandū missam ī  
dicto loco: de sancto ī cuius  
nomine ecclesia fundat̄.

### ¶ De ecclesie Dedicatione seu Consecratione.

Ecclesiarū cōse  
cratiōes quā  
uis oī die de  
iure fieri pos  
sint. Decētius  
tamē in domi  
nicis dieb?: vel sanctorū solē  
nitatibus fiūt. ¶ Quādo aut̄  
ecclesia fuerit dedicanda: de  
bet Archidiacon? p̄nūciare  
clero 7 populo: quib? ē eccle  
sia cōsecranda: vt priusq̄z cō  
secretur ieiunēt. Idem faciat  
pōtifer qui eā consecrare de  
bet. Sicut enī ait beatus Leo

in epistola ad Dioscorū. Is q  
pontificē: p̄sbyterū: v̄l diaco  
num benedictur? est: 7 etiā is  
qui benedicit̄ ieiunare debēt:  
multo magis in tāta: 7 tā san  
cta solēnitate: tam cōsecrans  
q̄z qui petunt sibi ecclesiā cō  
secrari: ieiunare tenent̄. Sane  
p̄cedenti sero ante diem dedi  
cationis: pontifer parat reli  
quias in altari cōsecrando in  
cludendas: ponēs eas in de  
centi 7 mūdo vasculo: cū tri  
bus granis thur?: ponit etiā  
in eo cartulā de pergamento:  
scriptā de grossa littera: cōti  
nentes cuiusmōi reliquie sint  
ibi incluse: 7 ad cui? sancti ho  
nozem 7 nomen: ecclesia ipsa  
7 altare dedicant̄: nomen Cō  
secratoris. Indulgentiaz quā  
in anniuersario dedicationis  
die cōcedit. annuz quoq̄z die  
7 mensem quib? dedicat̄. sub  
hac forma. M. cccc. lxxxv. die  
iij. mensis Januarij. Ego. A.  
episcopus Pientiñ. consecra  
ui ecclesiā: 7 altare hoc in ho  
nozē facti. A. 7 reliquias bea  
torū martyrū. A. 7. A. ī eo in  
clusi: singulis xp̄i fidelib? ho  
die vnū annū: 7 ī die anniuer  
sario cōsecratiōis hmōi ipsā  
visitantibus. xl. dies de vera  
indulgentia in forma ecclesie  
consueta cōcedens. sigillans  
ipsum vasculuz diligenter: et

illud in mundo ⁊ honesto lo-  
co: vel sub tētorio ante fores  
ecclesie cōsecrande parato po-  
nens: ⁊ sup ornatum feretrū  
honeste collocans: cū duob⁹  
candelabris ⁊ luminarib⁹ ar-  
dentib⁹. ¶ Celebri⁹ deq⁹ sunt  
vigilie ante reliquias ipsas ⁊  
canēdi nocturni et matutine  
laudes: in honore sanctorū  
quorū reliquie sunt cōdende  
Imagines vero: cruces: ⁊ alia  
ipsa nocte remaneant in eccle-  
sia cōsecranda. In mane vero  
diei qua cōsecratio fieri debet  
parant in ecclesia que ad de-  
dicationem ecclesie et altaris  
sūt necessaria: videlicet: San-  
ctum chrisma i vasculo ⁊ am-  
pulla. Oleum sanctū cathecu-  
minorū: etiā in vasculo ⁊ am-  
pulla. Due libre thuris vñ cir-  
ca: cuius medietas sit in gra-  
nis. Thuribulus cū nauicula  
⁊ cocleari. Vas cū prunis ar-  
dentibus. Vas cū cineribus  
pro quātitate ecclesie. Vas cū  
sale. Vas vini. Aspersoriū fa-  
ctum de herba Isopi. Mani-  
lia ex tela grossa ad extergen-  
dum altaria quotiēs expēdie-  
rit. Cooptura linea cerata ad  
mensurā altaris: pro quolibz  
altari cōsecrādo. quinq⁹ cru-  
ces parue etiā pro quolibet al-  
tari cōsecrādo: facte de can-  
delis cere subtilibus. Alique

spatule lignee parue: ad abra-  
dendū de altari cōbustiones  
candelarum ⁊ thuris. Vas in  
quo ipse rasure deponantur.  
Calx: Arena siue regula trita:  
ad faciendū cementū pro li-  
niendo sepulchrū reliquiarū  
et iuncturaz mense altaris cū  
stipite. Cementarius qui hoc  
agat. Duo intorcitia accensa:  
que semp pcedant pontifices  
quocūq⁹ ierit. Vasa cū aqua  
ad abluendas manus pōtifi-  
cis quotiēscūq⁹ expēdierit:  
et medulla panis ac mantilia  
pro extergēdis manib⁹. Due  
libre bōbicus vel stuppe sub-  
tilis pro extergendis crucib⁹  
vinctis que fiūt i parietib⁹ ec-  
clesie: ⁊ i stipite altaris. Duo  
vasa cum aqua benedicenda:  
vnū extra ecclesiā: et aliud in-  
tus in p̄sbyterio. Tobalee no-  
ue mūde: et vasa ac ornamēta  
ad cultū dei: ⁊ ecclesie ⁊ alta-  
ris postq⁹ consecrata fuerint  
p̄inentia bñdicēda. Item de-  
pingant i parietibus ecclesie  
intrinsecus p̄ circuitū duode-  
cim cruces: circa decem pal-  
mos: sup terrā videlicet tres  
p̄ qualibz et quorū parietib⁹.  
Et ad caput cuiuslibet crucis  
figat vnus clauus: cui affiga-  
tur vna candela vni⁹ vncie vñ  
circa. Scala vñ aliud edificiū  
sup quo ascendens pontifex




possit attingere ipas duodecim cruce. Fontes ecclesie in quibus conseruat aqua bñdicta vacui sint et bene mundi. Et pvideat q̄ ecclesia possit exterius libere circui. ¶ Interim autē dū pmissa parant̄ p̄tifer in suo habitu quotidiano venit ad ecclesiam: et sedens ante altare cōsecranduz annūciat populo: in cui⁹ sancti bono: et nomen ecclesia ē dedicanda: et quozū sanctorū reliquie sūt in altari recōdende. Quo facto: ordinat̄ i ecclesia cōsecranda que ordinanda sunt: et eius iussu accendunt̄ p̄misse duodecim candelas: et faldistoriū ornatū ponit̄ supra tapetem in medio ecclesie et mox pontifex erit ecclesiam cunctis inde exire iussis: vno tantū diacono Amictu: alba: cingulo et stola parato intus remanēte: et ecclie fores claudunt̄. ¶ Tūc pontifex cū clero et populo accedit ad locuz vbi p̄dicte reliquie posite fuerunt: et ibi incipit et dicit voce submissa cum clericis septem psalmos cum antiphona. **Reminiscaris** etc. sine Letania. quos require supra i benedictione Abbatis. Induens interim Amictū: albam: cingulum et stolam: et pluuiiale albi coloris: sine manipulo: acci-

piens mitram simplicē in capite: et baculuz pastoralem in manū sinistram. Alter quoq; diacon⁹ parat̄ similiter Amictu: alba: cingulo et stola. Subdiaconus etiā Amictū: alba: et cingulū induitur. Acolyti et alij ministri superpellicijs parantur. Quibus omnibus sic paratis: et p̄missis septē psalmis expletis: redeūt ante fores ecclesie consecrande: et parato ibi alio sup tapetem faldistorio. p̄tifer stans sine mitra inchoat et scola p̄sequitur Antiphonam.



**A**desto deus vn⁹ omnipo-



tens pater et filius et spi-



ritus sanctus. Deinde dicit stans eodē modo. Orem⁹

**A**ctiones n̄ras quesumus domine aspirando p̄ueni: et adiuuando p̄sequere: vt cuncta nostra oratio et operatio a te semp incipiat: et per te

cepta finiatur Per xpm dñm nostrū. R. Amen. Qua dicta pōtifer accepta mitra procūbit supra faldistoriū; ibidem pparatū: ⁊ cantores incipiūt Letaniā. supra in ordinatiōe Subdiaconi positā. ⁊ eā prosequit vsq; ibi. Ab omni malo libera nos domine exclusiue. Tunc surgēs Pontifer ab accubitu: et stans cum mitra benedicit ibidem: vel sub tentorio aquam ⁊ sal simpliciter extensa dextra super sal absolute dicens. Exorcizo te creatura salis. prout habet supra in Benedictione primarij lapidis. Expleta aque benedictione. Pōtifer stans sine mitra aspergit se ⁊ circumstantes cū illa. inchoans scola psequente Antiphonam.



Asperges me domine isopo



et mūdaboꝝ: laua bis me



et sup niuē de albaboꝝ.

Qua incepta iposita sibi mitra: stans ante fores ecclesie: precedentibꝫ ipsum duobus Acolytis cū candelis accēsis incipit circuire ad manū dextram procedēs cum choro et populo: et aspergens cū ipsa aqua forinsecus parietes ecclesie. in superiori parte earū: ⁊ cimiterium: dicēs semper. In nomie patris ⁊ filij ⁊ spiritꝫ sc̄ti. Interim finita dicta aña scola cātat Responsoꝝ.



Undata est domine do mi



ni sup ver ticem



mōti um. et exaltata



est super omnes col les et



venient ad eam omnes gen



tes. Et dicent gloria



ti bi domi



ne. Venientes autem



venient cum exultatione



portantes manipulos



suos. Et dicent.

**Expleto circuitu Pontifex perueniens ante ostium: stans ibidem versus ad ostium deposita mitra dicit. Oremus. et ministri. Flectamus genua: Leuate.**

**O**mnipotens sempiternus deus: qui in omni loco dominationis tue tota assistis

et totus operari: adesto supplicationibus nostris et huius domus cuius es fundator: esto protector: nulla hic nequitia contrarie potestatis obsistat: sed virtute spiritus sancti operante: fiat hic semper purum seruitium: et deuota libertas. Per christum dominum nostrum. **R. Amen**

**Quo dicto pontifex accepta mitra ad ostium ecclesie appropinquans: percutit semel cum inferiori parte baculi pastoralis super liminare ipsius ostij dicens In intelligibili voce**

**T**ollite portas principes vestras: et eleuamini porte eternales: et introibit rex glorie. **Diaconus intus existens dicit alta voce.**

**Quis est iste rex glorie? pontifex respondet.**

**Dominus fortis et potens: dominus potens in prelio. Deinde pontifex iterum circuit ecclesiam cum clero et populo: incipiens ad eandem manum dextram aspergendo parietes iuxta fundamentum ipsarum: et cimiterium dicens semper. In nomine patris et filij et spiritus sancti. Interim scolae cantat Responsorium.**



**B**enedic domine domum



i stam quã edí ficauí nomi



ni tuo. Venientium in



loco i sto. Exaudi pre



ces in excelsis soli o glo



rietur e. Do mi ne si



uersus fuerit popul<sup>9</sup> tu



us et egerit penitenti am



ueniensq3 orauerit in



loco i sto.



Exaudi pre ces.

**E**xpleto circuitu p̄rifer per  
ueniens ante ostiũ stans ibi  
dem versus ad illud: depõsi  
ta mitra dicit. Orem<sup>9</sup>. et mini  
stri. Flectam<sup>9</sup> genua: Leuate.

**O**mnipotens sempiternæ  
deus: qui per filiu3 tuũ  
angularẽ scilic3 lapidẽ: duos  
et diuerso venientes ex circũ  
cissione et p̄purio parietes:  
duos greges ouiu3: sub vno  
eodẽq3 pastore vnisti: da fa  
mulis tuis per hec nostre de  
uotionis officia indissolubi  
le vinculu3 charitatis: vt nul  
la diuisione mentiu3: nullaq3  
peruersitatis varietate seque  
strent<sup>r</sup>: quos sub vnius regi  
mine pastoris: vnus grex cõ  
tinet: vniusq3 te custode ouĩ  
lis septa cludunt. Per xpm  
dñm nostrũ. **R.** Amen. **Tum**

accepta mitra appropinquas  
iteruz ad ostium pcutit sc̄do  
cũ baculo pastorali sup limi  
nare dicẽs sibi voce vt prius

**T**ollite portas principes  
v̄ras: et eleuamini porte

eternales: et introibit rex glie  
Dracon? intus cristes dicit.

Quis est iste rex glorie?

Pontifex respondet.

Domini fortis et potens:  
domin? potens in prelio.

Deinde circuit tertio ecclesia cu  
clero et populo incipiens ad si

nistrā manū: procedit asper

gens exterius cum eadē aqua  
parietes in media parte earū

et cimiterium dicens semper.  
In noie p̄ris et filij et spūs sc̄ti

Interim scola cantat r̄nsoziū

*[Musical notation]*

Au do mine vniuerso rum

*[Musical notation]*

q nullā babes indigēti

*[Musical notation]*

am volu isti templū tuum

*[Musical notation]*

fieri in no bis. Conser

*[Musical notation]*

ua domū i

*[Musical notation]*

stam ima

*[Musical notation]*

*[Musical notation]*

cula tam in e ter si

*[Musical notation]*

num. Tu e legisti. or do

*[Musical notation]*

mū istam domi ne ad inuo

*[Musical notation]*

candū nomen tuū in e a vt

*[Musical notation]*

esset dom? orationis et ob

*[Musical notation]*

secrationis populo

*[Musical notation]*

atu o. Conser ua

Expleto cantu et circuitu cui  
pontifex puenerit ante ostiū  
stās ibidem versus ad illud:  
Deposita mitra dicit. Orem?

**et ministri.** Flectamus genua  
Leuate.

**O**mnipotens et misericors  
deus: qui sacerdotibus  
tuis tantam pro ceteris gratiam  
contulisti: ut quicquid in tuo  
nomine digne profectum ab eis  
agitur: a te fieri credatur: quesumus  
inmensam clementiam tuam  
ut quicquid modo visitaturi sumus  
visites: et quicquid benedicendi  
sumus benedicas: sitque ad nostre  
humilitatis introitum: sanctorum  
tuorum meritis fuga demonum:  
et angelus pacis ingressus. Per  
christum dominum nostrum. **R.** Amen.  
Tum accepta mitra appropinquans  
tertio ad ostium ecclesie percutit  
iterum super liminare cum baculo  
pastorali dicens.

**T**ollite portas principes  
vestras: et eleuamini porte  
eternales: et introibit rex glorie.  
**Diaconus intus existens dicit**  
Quis est iste rex glorie? **Pontifex**  
et uniuersus clerus rident.  
Dominus virtutum ipse est  
rex glorie. **Adiicientes.**

**Aperi. Aperi. Aperi.** Pontifex  
facit crucem super liminare  
ostij cum inferiori parte baculi  
pastoralis dicens.

**E**cce crucis signum fugiant  
fantasmata cuncta.  
Et aperto ostio intrat ecclesiam  
solus cum ministris clericis: et

**c**  
cementariis: qui collocare et  
linere debent lapidem super  
sepulchrum reliquiarum: et mensas  
altaris: si est remota aut separata  
a stipite: dimisso ab extra  
populo: et clauso ecclesie  
ostio post eos. Ingressus autem  
pontifex ecclesiam dicit in  
intelligibili voce.

**P**ax huic domui. Et diaconus  
qui est intus rident.  
In introitu vestro. et omnes  
dicunt. Amen. Tum scola siue  
cantores cantant Antiphonam.



**P**ax eterna ab eterno huic



**domui. Pax** phennis verbis



**patris sit pax huic domui.**



**pacem pius consolator huic**



**prestat domui.**

Qua dicta cantant etiā sequē  
tem Antiphonam.



**S**achee festinās descēde quia



hodie in domo tua opor-



tet me manere. at ille festinās



descēdit. et suscepit illū gau-



dens in domū suā al leluia.



Hodie huic domū i a deo



salus facta est alleluia.

Decum cantantur pontifex  
procedit vsqz ad mediū eccle

sie vbi faldistoriū paratū est:  
et expletis p̄dictis Antipho-  
nis: deposita mitra flexis ibi  
genib? vsus ad altare maius  
ichoat scola p̄sequēte hymnū



**V**eni creator spiritus. 7 dici-  
tur totus prout habet supra  
sub ordinatione p̄sbyteri. Fi-  
nito primo versu surgit pon-  
tifer 7 stat vsqz ad finem sine  
mitra. Interim vnus ex mini-  
stris spargit cinerem p̄ pau-  
mentū ecclesie: in modū cru-  
cis: faciēdo ex eo lineas duas  
quālibz latitudinis fere vni?  
palmi. vnā ab angulo ecclesie  
ad sinistram manū p̄ princi-  
palem portā intrantis: ad an-  
gulū transuersus illius idest  
dextrū intrantis ad caput ec-  
clesie: 7 aliam ab angulo eccle-  
sie ad dextrā manū intrantis  
ad angulū transuersum illi?  
idest sinistru? ipsi? ad caput  
ecclesie. vel si ecclesia sit mag-  
na fieri possunt loco prime li-  
nee. xiiij. Areole equali spa-  
cio distantes et cinere. 7 loco  
secunde. xiiij. Finito hymno  
pontifex accepta mitra accū-  
bit super faldistoriū: et scola  
iterū incipit et prosequit Le-  
niā in qua in suo loco nomi-



netur bis sanctus ille: in cuius honore et nomine ecclesia vel altare dedicatur: et eorum quorum reliquie includuntur. Postquam autem dictum fuerit.

**U**t obsequium servitutis nostre tibi rationabile facias. **T**erogamus audi nos. Pontifex se ab accubitu erigens et baculum pastorem in sinistra tenens: dicit in eodem tono.

**U**t locum istum visitare digneris. **R.** **T**erogamus audi nos. **Secundo dicit.**

**U**t in eo angelorum custodiam deputare digneris. **R.** **T**erogamus audi nos. **Deinde dextram** in altum extendens **perducit** communiter super ecclesiam et altare consecrandum **ter** successive signum crucis **dicens** nimo.

**U**t ecclesiam et altare hoc ad honorem tuum et nomen sancti. **A.** consecranda bene **+** dicere digneris. **R.** **T**erogamus audi nos. **Secundo dicit.**

**U**t ecclesiam et altare hoc ad honorem tuum et nomen sancti. **A.** consecranda: bene **+** dicere: et sancti **+** ficare digneris. **R.** **T**erogamus audi nos. **Tertio dicit.**

**U**t ecclesiam et altare hoc: ad honorem tuum et nomen sancti. **A.** consecranda: bene **+** dicere: sancti **+** ficare: et conse **+** crare digneris. **R.** **T**erogamus audi nos. **Quo facto iterum accubit super faldium**

stozium: scola Letaniam resumente et proficiente. qua finita ab accubitu surgit deposita mitra et stans ibidem versus ad altare maius dicit intelligibili voce. **Oremus. et ministri. Flectamus genua: Levate.**

**M**agnificare quod sumus domine deus noster in sanctis tuis: et hoc in templo tibi edificato appare: ut qui cuncta in filiis adoptionis operis: ipse semper in tua hereditate lauderis. **P**er christum dominum nostrum. **R.** Amen.

**Alia oratio. Oremus.**

**P**reueniat nos quod sumus domine misericordia tua: et intercedentibus omnibus sanctis tuis voces nostras clementia tue propitiationis anticipet. **P**er christum dominum nostrum. **R.** Amen.

**Finitis orationibus scola incipit et prosequitur Antiphonam.**



**O** quam metuendus est locus



iste: vere non est hic alius



ud nisi domine deus i et





porta celi. Euouae. ps.

**B**enedictus dominus deus  
israel: quia visitauit et fe-  
cit: redemptionem plebis sue.  
*Repetitur tota antiphona.*

**E**t erexit cornu salutis nobis:  
in domo dauid pueri sui. *Re-*  
*petitur tota antiphona ut prius.*

**S**icut locutus est per os sancto-  
rum qui a seculo sunt: prophetarum  
eius. *Repetitur iterum antiphona ut prius.*

**S**alutem ex inimicis nostris: et  
de manu omnium qui oderunt  
nos. *Iterum repetitur antiphona.*

**A**d faciendum misericordiam cum  
patribus nostris: et memorari tes-  
tamenti sui sancti. *Repetitur antiphona*

**I**usiurandum quod iurauit ad  
abraham patrem nostrum: daturum  
se nobis. *Repetitur iterum antiphona.*

**U**t sine timore de manu ini-  
micorum nostrorum liberati: seruiamus  
illi. *Iterum antiphona repetitur.*

**I**n sanctitate et iusticia coram  
ipso: omnibus diebus nostris.  
*Repetitur ut prius antiphona.*

**E**t tu puer propheta altissi-  
mi vocaberis: praebis enim an-  
te faciem domini: parare vias  
eius. *Antiphona repetitur ut prius.*

**A**d dandam scientiam salutis ple-  
bi eius: in remissione peccatorum eo-  
rum. *Repetitur ut prius antiphona.*

**P**er viscera misericordie dei  
nostri: in quibus visitauit nos omnes  
ex alto. *Antiphona repetitur ut prius.*

**I**lluminare his qui in tenebris  
et in umbra mortis sedent: ad di-  
rigendos pedes nostros: in viam  
pacis. *Repetitur ut prius antiphona.*

**G**loria patri. *ut prius antiphona repetitur.*

**S**icut erat. Tandem iterum antiphona  
repetitur. Interim dum pre-  
missa cantantur pontifex ac-  
cepta mitra incipiens ab an-  
gulo ecclesie ad sinistram in-  
trantis: prout supra linee fa-  
cte sunt: cum extremitate ba-  
culi pastoralis: scribit super  
cineres Alphabetum Grecum:  
ita distinctis litteris ut totum  
spacium occupet: bis videlicet

A. B. Γ. Δ.

Ε. Ζ. Η. Θ.

Ι. Κ. Λ. Μ.

Ν. Ξ. Ο. Π.

Ρ. Σ. Τ. Υ.

Φ. Χ. Ψ. Ω.

Deinde simili modo incipiēs  
ab angulo ecclesie ad dexterā  
intrans: scribit Alphabetū  
Latinum super cineres: distin-  
ctis litteris his videlicet.

A. B. C. D.

E. F. G. H.

I. K. L. M.

N. O. P. Q.

R. S. T. V.

X. Y. Z.

Post hec pōtifer cum mitra  
accedit versus altare maius  
cōsecrandū: et distans ab illo  
spacio cōgruēti: deposita mi-  
tra genuflectit: et genuflexus  
cōpetenti voce dicit.



Deus ī adiutorīū meū īrēde  
Quo dicto. pōtifice surgen-  
te chorus responder.



Dñe ad adiuvādū me festīa.  
Tum pontifer stans sine mi-  
tra in eodem loco dicit.



Gloria patri et fi lio et spīrī-



tui sancto. Chorus rñdet.



Sicut erat in pñcipio et nūc et



semp et ī secula seculorū Amē.  
sine Alleluia. Et id eisdē mo-  
do et loco scdo et tertio fit: vo-  
ce semp altius eleuata. quib?  
dictis: pontifer stās in eodez  
loco cū mitra: benedicit aliaz  
aquā cū sale cinere et vīno. in-  
cipiēs absolute exorcismū sal-

Exorcizo te creatura salis  
in noīe dñi nrī Jesu xpī:  
q aplis suis ait: Vos estis sal  
terre. et p aplm dicit. Cor vrm  
sit sale pditū vt sctī ✠ ficeris

ad consecrationē huius ecclesie et al-  
taris: ad expellendas omnes de-  
monū temptationes: et omnibus  
qui ex te sumpserint: sis anime et  
corpis tutamentum et sanitas:  
protectio et confirmatio salutis: per  
eundem dominum qui venturus est iudicare  
vivos et mortuos: et seculum per  
ignem. *Deinde deposita mitra  
dicit. Dominus vobiscum. R.*  
Et cum spiritu tuo. *Oremus.*  
**D**omine deus pater omnipotens:  
qui hanc gratiam celitus saluti  
tribuere dignatus es: ut ex illo  
possint uniuersa condiri que  
hominibus ad eternam precelesti: be-  
ne **+** dic hanc creaturam salis:  
ad effugandum inimicum: et ei sa-  
lubrem medicinam immitte: ut pro-  
ficiat summentibus anime et corpis  
sanitatem. Per christum dominum nostrum.  
*R. Amen. Tunc reassumpta mitra  
dicit absolute exorcismum aquę.*  
**E**xorcizo te creatura aque  
in nomine dei patris **+** tris: et  
filii **+** lii: et spiritus **+** sancti: ut  
repellas diabolum a termino  
iustorum: ne sit in umbraculis  
huius ecclesie et altaris. Et tu  
domine iesu christe infunde spiritum  
sanctum in hanc ecclesiam tuam et al-  
tare: ut proficiat ad sanitatem  
corporum animarumque adoranti-  
um te: et magnificet nomen tuum  
in gentibus: et increduli corde  
conuertantur ad te: et non habeant  
aliud deum preter te dominum solum: qui

venturus es iudicare vivos et  
mortuos: et seculum per ignem.

*R. Amen. Deinde deposita  
mitra dicit. V.*

**D**omine exaudi orationem meam. *R.*

Et clamor meus ad te veniat. *V.*

**D**ominus vobiscum. *R.*

Et cum spiritu tuo. *Oremus.*

**D**omine deus pater omnipotens:  
statutor omnium elemen-  
torum: qui per iesum christum filium tuum  
dominum nostrum hoc elementum aque  
in salutem humani generis esse  
voluisti: te supplices deprecamur:  
ut exaudis orationibus nostris  
eam tue pietatis aspectu sancti-  
ficet: atque ita omnium spiri-  
tum immundorum ab ea recedat in-  
cursum: ut ubicumque fuerit in  
nomine tuo aspersa: gratia tue ben-  
dictionis adueniat: et mala omnia  
te propitiante procul recedant. Per  
eundem qui venturus est iudicare vi-  
uos et mortuos: et seculum per  
ignem. *R. Amen. Tunc stans  
sine mitra dicit.*

*Benedictio cinerum. V.*

**D**omine exaudi orationem meam. *R.*

Et clamor meus ad te veniat. *V.*

**D**ominus vobiscum. *R.*

Et cum spiritu tuo. *Oremus.*

**O**mnipotens sempiternus  
deus: parce metuentibus  
propitiare supplicantibus: et  
mittere dignare sanctum ange-  
lum tuum de celis: qui bene **+**  
dicat et sancti **+** ficet cineres

istos: vt sint remediū saluta-  
re omnib⁹ nomen sanctū tuū  
humiliter implozātib⁹: ac se-  
metipsos pro cōscientia deli-  
ctorū suorū accusantib⁹: atqz  
ante conspectū diuine clemē-  
tie tue facinora sua deplozan-  
tibus: ⁊ serenissimam pietatē  
tuam suppliciter obnixeqz fla-  
gantib⁹: p̄sta quesum⁹ p̄ in-  
uocationē sanctissimi nomi-  
nis tui: vt quicūqz eos sup se  
asperferint pro redēptiōe pec-  
catorū: corporis sanitatem: ⁊  
anime tutelam p̄cipiant. ⁊ in  
quocūqz loco aspersi fuerint  
in tuo nomīe: sanctificet̄. Per  
xp̄m dominū nr̄m. *R.* Amen.

*Tūc p̄rifer accipit sal ⁊ mis-  
cet cineri i modū crucis dicens.*

*Fiat cōmixtio salis ⁊ cineris: in nomīe patris ⁊ fili-  
ij ⁊ spirit⁹ sancti. Deinde ac-  
cipiens pugillus de mirtura  
salis ⁊ cinerum in modū cru-  
cis tertio imittit in aquā qua  
libet vice dicens.*

*Fiat cōmixtio salis ⁊ cineris  
cum aqua benedicta:  
ad consecrationem huius ec-  
clesie ⁊ altaris: In nomīe pa-  
tris ⁊ filij ⁊ spiritus sancti.*

*Deinde stās line mitra dicit.*

*[Benedictio Vini. v.]*

*Dñe exaudi orōnē meā. R.*

*Et clamoꝝ me⁹ ad te vēiat. v.]*

*Dominus vobiscum. R.*

Et cū spiritu tuo. Oremus.

**D**omine Ihesu xpe: qui in  
chana galilee ex aqua vi-  
num fecisti: qui es vitis vera  
⁊ salus perpetua: multiplica  
sup nos misericordiaz tuā: et  
bene ⁊ dicere ⁊ sancti ⁊ fica-  
re digneris hanc creaturā vi-  
ni: vt vbicunqz fustum fuerit  
vel aspersum: diuine benedi-  
ctionis tue opulencia replea-  
tur ⁊ sanctificet̄: saluator mū-  
di: qui cū patre ⁊ spiritu san-  
cto viuīs ⁊ regnas deus: per  
oīa secula seculorū. *R.* Amen.

*Deinde mittit i modū crucis  
vinū in aquā ipsam dicens.*

*Fiat hec cōmixtio aque et  
vini cū sale ⁊ cinere ad cō-  
secrationē huius ecclesie ⁊ al-  
taris. in nomīe patris ⁊ filij  
⁊ spiritus sancti. v.]*

*Dñe exaudi orōnē meā. R.*

*Et clamoꝝ me⁹ ad te vēiat. v.]*

*Dominus vobiscum. R.*

Et cū spiritu tuo. Oremus.

**O**mnipotens sempiternae  
De⁹: creator et p̄seruator  
hūani generis: ⁊ dator gratie  
spūalis: atqz largitor eterne  
salut⁹: imitte sp̄m sanctū tuū  
sup hoc vinū cū aqua sale et  
cinere mixtur: vt armatū cele-  
stis defensiōe virtutis: ad cō-  
secrationē hui⁹ ecclesie ⁊ alta-  
ris tui p̄ficiat. Per dñm no-  
strum Iesum xp̄m filium tuū

qui tecū vivit ⁊ regnat in vni-  
tate eiusdē spirit⁹ sancti de⁹.  
**Tū extensis ante pect⁹ mani-  
bus dicit hanc p̄fationem.**



**P**er om̄ia secula seculorū. **R.**



**A**mē. **V.** Dñs vobiscū. **R.** Et




cū spiritu tuo. **V.** Sursū cor



da. **R.** Habem⁹ ad dominū.



**V.** Gr̄as agam⁹ domino deo



n̄ro. **R.** Dignū et iustū est.



**V**ere dignū ⁊ iustū est equū



et salutare. Nos tibi semper



et ubiq; gratias agere. do-



mine sancte pater omnipo-



tens eterne deus. Sanctifi-



care per verbū dei vnda cele-



stis sanctificare aqua calcata



christi vestigijs. que monti-



bus pressa nō clauderis. que



scopulis illisa nō frangeris



que terris diffusa non defi-



cis. tu sustines aridā portas



mōriū pōdera nec demerger?



Tu celoz vertice contineris.



circūfusa p totū lauas oīnia



nec lauaris. Tu fugientibus



populis hebreozū in molem



durata cōstructa es. Tu rur-



sum falsis resoluta vorticib?



Fili accolas perdis: et hosti-



lem globū freto seuiante per-



sequeris: vna eadēq3 es salus



fidelib?: 7 vltio criminosis.



Te p Moysen p cussa rupes



euomuit. nec abdita cautib?